FABRICIORUM CENTURIA SECUNDA

Cum Prioris Supplemento,

Collecta & edita

à

JO. ALBERTO FABRICIO

D. & Prof. Publ.

Marcellus Palingenius lib. 2.

- - Fabricius quod
Quod Cato, quod Curius, ſanctiſſima pectora quondam
Senſerunt, non quid vulgus plebsque inſcia dicat,
Mente agita, atq; tibi propone exempla bonorum.

HAMBURGI

Sumtu VIDUÆ FELGINERIÆ,
A.C. MDCCXXVII.

Digitized by Google

VIRO
SUMME REVERENDO
D. GEORGIO HEN-RICO GOEZIO
Eccleſiar. Lubecenſium Superintendenti meritiſſimo

S. D.

JO. ALBERTUS FABRICIUS.

QVod poſt dicatam Venerando Nomine Tuo priorem Fabriciorum Centuriam, viginti ferme annorum interje-

ᵭo ſpatio jam licet mihi alteram qvoqve eorum hecatontadem ſalvo & incolumi tibi offerre, paceqve Tua obſervantiſſime dedicare, & Eccleſiæ & Tua cauſſa & mea pariter gaudeo ac lætor. Qvam multi interim ex popularibus noſtris Lipſienſibus domi & peregre vitæ hujus ſupremum diem egerunt placida morte conſopiti, ſive antevertentes ætate nos ambos, ſive etiam juniores annis florentioresqve. Atqve ut e celeberrimis duntaxat ali-

qvos memorem, medio tempore Eccleſia MAYERUM, LEIBNITIUM literatus Orbis, Dresda & Saxonia PIPPINGIUM deſiderat.

Ego vero dum aliud agens, animi cauſſa cognomines colligere meos & licet longe diſſimiles illos inter ſe, diſparisq; pretii, centuriatim pro ſuo qvemqve modulo ac pede poſteritati commendare ſatago, ſentio in uno hoc nomine qvam multa me fugiant, qvam in multis hærere cogar, atqve inde qvam longe abſimus

adhuc a perfecto litterario nomenclatore, probe intelligo. Confido interim de Tua bonitate, Te hunc luſum & hoc avocamentum meum bene interpretaturum, & bene qvoqve favere Fabriciis probitate, prudentia, doctrina promeritis favorem ac benevolentiam bonorum. Apage vero illam præſidentiæ temeritatem, ut licet numero valent, Fabiorum Romanor ſtolida audacia, ſolos ſe putent vel rem gerere vel hoſtes qvi bonæ menti qvi ſcientiis optimis bel-

lum

ſum indixere, proſternere ſe poſſe præſumant. Non deeſſe autem inter illos viros præclaros, qvos poſteritati prodere operæ pretium fuerit, atqve utilem qvoq; in cæteris homonymorum, in qvibus ne ipſe peccaverim vix ſatis potuiſſe vereor me cavere, diſtinctionem pro æqvitate Tua atq; eruditione facile judicabis. DEus ſenectuti Tuæ viriditatem roboret ad magnos & præclaros fructus Eccleſiæ & literariæ rei edendos cum magna glo-

ria

ria nominis GOETZIANI. Scripſi Hamburgi prid. Non. Octobr. A. C. cIↄ Iↄ ccxxvii.

CEN-

Centuria Secunda
FABRICIORUM
Scriptis Clarorum

Qui jam diem ſuum obierunt.

Inſertum ſuis locis, prioris Centuriæ ſupplementum.

ADAMUS FABRICIUS, Paſtor Eccleſiæ patriæ ad S. Mariæ Templum Stralſundenſis, & Conſiſtorii Regii Aſſeſſor, diem obiit ſupremum A. C. 1724. * menſe Januario. Certe falſus compertus rumor fuit qui ferebatur A. 1715 miſero eum fato una cum conjuge occubuiſſe in obſidione Sundenſi ab injecta majore pyrobolide. Vide Miſcellanea Lipſienſia T. II. p. 759. & T. V. p. 404. Ejus *Exercitatio Academica de Gentilium Sabbato* ſub præſidio Theologi celebratiſſimi D. Gottlieb Wernsdorfii defenſitata Witebergæ prodiit A. 1699. recuſa A. 1722.

Idem ex Anglico vertit Latine *Merici Caſauboni librum* ** *de Enthuſiaſmo*, prima

* Sammlung von Alten und Neuen Theologiſchen Sachen, A. 1724. p. 323.

** A treatiſe concerning Enthuſiaſme, as it is an effect of Nature, but is miſtaken by many for either Divine Inſpiration, or Diabolical Poſſeſſion. Lond. ſecond edition reviſed and enlarged. 1656. 8.

certe quinque illius capita; Nam ſextum ſive ultimum, quod eſt de Enthuſiaſmo precatorio, ex mea verſione addidit, qvæ fuerat publici juris facta ad calcem libri D. J. Frid. Mayeri τῦ μακαρίτε de Pietiſtis Veteris Eccleſiæ, Hamb. 1696. 4. Liber Caſauboni Latine ex Adami Fabricii verſione, cui præfationem præmiſit laudatus Mayerus, lucem vidit Gryphiswaldiæ. 1708. 4.

ADOLPHUS FABRICIUS. Dictis centuria priore, adde quod ſermones ejus duodecim Petro Serario curante excuſi Belgice Amſt. 1662. 4. *predicatien tegens de booſe werelt.*

ÆGIDIUS FABRICIUS, Eccleſiæ Maſſavianæ in Pomerania Miniſter, cui *Matthaus Hoſtus*, Genero ſuo dicavit diatribam qvam edidit *de aſſis ejusque partium uſu in hereditatis diviſione* A. 1586. Francofurti ad Viadrum T. 3. operum, 8. deinde recuſorum Lipſiæ 1692. 4. T. 2.

ÆSCHILLUS FABRICIUS Scholæ Braheæ in Finlandia Rector, cujus *Diſputatio Gradualis de virtute morali in genere*, lucem vidit Aboæ 1659. 4. Vide Andreæ Antonii Stiermanni Aboam litteratam p. 56. Infra, *Eschillus*.

ALBERTO FABRICIO, Syndico Harlemenſi dicata *Placidi Reyna Siculi notitia hiſtorica Urbis Meſſanenſis*, poſt editiones Italicas Meſſanenſes A. 1658. 1668. fol. recuſa Latine

Latine ex verſione Venerandi atqve eruditiſſimi Abbatis Jo. Laurentii Mosheimii, in tomo nono theſauri novi ſplendidi Siciliæ, Lugd. Bat. 1723. fol.

ALBINUS FABRICIUS Anglus de qvo Centuria priore, traditur in Edwardi Browni faſciculo rerum expetendarum & fugiendarum T. 2. p. 795. vixiſſe circa A. C. 1429. & refertur inter eos qvi ſcripſerunt de deformatione Eccleſiæ Romanæ.

FABRICIUS AMPOGNANI. *Ordinanze militari* del Capitaneo Fabrizio Ampognani, in Verona 1641.

ANDREAS FABRICIUS S. I. Leodienſis, de qvo Centuria priore, is ipſe eſt qvi laudatur à Stanislao Hoſio Epiſt. CCXLV. T. 2. Opp. p. 411. & cum qvo A. 1571. 29. April. Colloqvium Stutgardiæ habuit Theologus inclytus D. Jacobus Andreæ, præſentibus Duce Erneſto Epiſcopo Freiſingenſi, Duce Bavariæ & Duce Wurtenbergico Ludovico, cujus meminit & Jo. Valentinus Andreæ nepos in fama Andreana refloreſcente. Hunc Andream Fabricium Ducum Bavariæ Conſiliarium, auctorem virulentum *Harmoniæ Confeſſionis Auguſtanæ*, ab Andrea Fabricio Leodienſi perperam diſtinguit Index librorum prohibitorum Madritenſis A. 1667. p. 15. qvi fingit etiam *Andream* neſcio qvem *Fabilium* Leodienſem Lutheranum Theologum, qvem ait ſcripſiſſe

Harmoniam Confeſſionis Auguſtanæ excuſæ Colon. apud Cholinum 1573. Eadem pſeudo Harmonia Andreæ Fabricii recuſa etiam fuit Coloniæ 1587. fol. De *Catechiſmo* ejus *Romano*, prelis dato primum Antwerpiæ 1572. 8. vide ſi placet D. Jo. Fabricii, Theologi Helmſtadienſis celeberrimi Bibliothecam T. VI. p. 459. De Andrea ipſo Aubertum Miræum de ſcriptoribus ſæculi XVI. p. 214. editionis à me curatæ. *Evangelicus* ejus *fluctuans* prodiit Colon. 1569. 8.

Alius 2. ANDREAS FABRICIUS Eubſchitzienſis Sileſius, Andreæ Fabricii, Rectoris Scholæ F. & Andreæ Fabricii Conſulis Nepos, de qvo Centuria priore. Hunc ſuum chariſſimum fratrem vocat Jo. Jacobus Grynæus p. 71. Epiſt. Is ut à Sigismundo Jacobo Apino annotatum eſt, & in Concione funebri à Sebaſtiano Artomede habita & exſcripta typis, Lipſiæ 1609. 4. inter alias ejus homilias XXII. Natus fuit A. 1547. & poſtqvam Uratislaviæ fundamenta ſtudiorum poſuiſſet, Viennam Auſtriæ profectus Baronum aliqvot Ephorus contulit ſe in Styriam: Exinde Tubingam venit ibiqve A. 1578. Juris utriusqve Doctor creatus & A. 1580. Ducum Boruſſiæ Conſiliarius cooptatus eſt, atqve inde Vicecancellarius diem obiit ſupremum Regiomonte A. 1602. die 14. Januarii, anno ætatis qvinto & qvinqvageſimo.

Alius

Alius 3. ANDREAS FABRICIUS Chemnicenſis, Georgii, clariſſimi Viri frater de qvo pauca qvædam Centuria priore. Natus A. 1530. 25. Jan. deinde litteris ſe conſecrans ingenium ſuum probavit Melanchthoni, ut teſtatur ipſe hoc diſticho:

Doctrina, menſa, magnique favore Philippi,
Leucorea haud parvo tempore in urbe fruor.

Ab eodem Melanchthone commendatus, Rectoratum Lycei Nordhuſani geſſit, ab A. 1554. ſucceſſor celebris Viri Baſilii Fabri Sorani, cujus Lexicon Latinum inſignibus Virorum doctorum auctariis locupletatum, omnium manibus teritur. Diaconus poſtea in eadem urbe ad S. Petri templum ab A. 1562. & ab A. 1565. Paſtor. ſed A. 1568. dimiſſus per invidiam eorum qui ferre non poterant reſiſtentem * fortiter dogmati ſalutem hominis a neceſſitate bonorum operum ſuſpendentium. Inde Islebii Paſtor ad S. Nicolai templum ab A. 1569. ad 1577. cujus anni die 26. Octobris fuit extinctus. Epitaphium hoc ei ſcripſit M. Georgius Regebrandus in Epitaphiis Miniſtrorum Verbi è Comitatu Mansfeldenſi p. 4, & in Rev. Jo. Henrici Kindervateri

* Hinc Petrus Albinus in Chronico Miſnenſi p. 363. Andreas Fabricius iſt auch trefflich gelehrt geweſen, nur daß er ſich zu ſehr parteyiſch in Theologia gemacht, welches verſtändigen und gelehrten Leuten, auch ſeinem Bruder Georgio nicht gefallen.

vateri Nordhuſa illuſtri, edita Germanice Gvelpherbyti 1715. 8. p. 107.

Patria Chemnitium puerilibus educat annis,
Leucoris exornat laude Magiſterii.
Præficit ornatum caſtæ Nordhuſia pubi,
Hinc in Paſtorem deligit, inde fugat.
Islebia exilio ſacros depoſcit ad uſus,
Andream celebri nomine Fabricium.
Biblia cui nota & divini ſcripta Lutheri
Integra, nunc habuit non habitura parem.
Ne dubites tumulum cernens, dixiſſe, viator,
Hic pietas, probitas, dexteritasque jacent.

Conradi Portæ, laudatiſſimi Theologi & Paſtoris Islebienſis ad Petrum & Paulum Oratio ** de vita & ſorte M. Andreæ Fabricii, Paſtoris quondam in æde S. Nicolai, Islebii habita 7. Junii 1582. prodiit Witebergæ 1584. 8. atque addita etiam Theologiæ Megalandri Lutheri ſive Aphoriſmis Theologicis, è B. Luthero excerptis à Mich. Neandro, in qua etiam obvia eſt ejusdem Andreæ Fabricii, quam *magnum & exercitatum Theologum* Neander appellat, *Oratio de Luthero.* Citatur & illius *Expoſitio in Geneſin* in Schola Islebienſi prælecta: necnon *Oratio de Catechiſmo*, habita in Schola Islebienſi, & *Catechetica prælectiones.* Hauß-Kirche, A. 1569. 1571. Vom heiligen, klugen und gelehrten Teufel, wider das erſte Gebot,

** Ex hac Oratione vide ſis quæ excerpſit V. C. Jo. David Schreberus in vita Georgii Fabricii p. 28. ſeq.

bot, Eisleben 1567. 8. & in Theatro Diabolorum, edito Francof. 1569. fol. p. 164.--195. *Apologia* ejusdem libelli Isleb. 1567. 8. Carmen gratulatorium ad Johannem à Berth, Artis Medicæ Doctorem, Witeb. 1553. 4. Letztes ſeliges Stündlein, oder Troſt der Schrifft in hohen Anfechtungen und Todes-Nöthen, Isleb. 1571. 8. Ipſe Andreas de ſe:

Patria Chemnitium, poſt hoſpita terra Fribergum,
Poſt Miſena mihi, poſt Witeberga fuit.
Hoſpitium tria luſtra dedit Northuſa benignum,
Islebia exilii clara Sarepta mei,
Non majora tuli vitæ diſcrimina, quam quæ
Ternâ peſte ædes inficiente tuli.
Et cum tabifica languentem febre, meumque
Impeterent toties aulica monſtra caput.

Alius 4. ANDREAS FABRICIUS, Archidiaconus Magdeb. A. 1685. defunctus, de qvo Centuria priore.

ANDREAS KOWALEWSKI FABRICIUS, Polonus, cujus *Encania Regalia* ſive ſcriptum *de inauguratione templi S. Trinitatis Havniæ*, manu exaratum fuit in Bibl. Roſtgaardiana, in cujus Catalogo p. 479. memoratur.

ANTONIUS FABRICIUS Bleynianus, cujus *introductio in theoriam & praxin beneficiorum Eccleſiaſticorum methodica & familiaris* lucem vidit Turnonii in Occitania

Galliæ Provincia A. 1616. 4. atque in Indice expurgatorio Clementis XI. edito Romæ 1711. 8. p. 24. prohibetur donec corrigatur.

2. ANTONIUS FABRICIUS Boderianus, Guidonis & Nicolai, de quibus infra, frater, ex Italico Gallice vertit Torquati Taſſi dialogum, & Nennii Itali librum de Nobilitate, Pariſ. 1581. 8.

3. ANTONIUS CHRIST. FABRICIUS, elaboravit in *Sleidano redivivo*, ſive Hiſtoria univerſali ab Orbe condito ad A.C. MDCC. Germanice publici juris facta, Lipſ. 1704. 8. quatuor Voluminibus. Cæteri quatuor, quibus idem opus pro rata parte debetur ſunt Gabriel Tzſchirmerus, Jac. Mauritius Wartung, Chriſt. Jacobus Breitenfels, & Fr. Nigrinus.

4. ANTONIUS FABRICIUS, Leodius, Catechiſmum Tridentinum cum notis vulgaſſe traditur in perſonati Vignolii Marvillii Miſcellaneis Hiſtoricis Gallice editis T. 2. p. 336. ſed vereor ne Andream Fabricium dicere voluerit pro Antonio. Nam de Andreæ Fabricii Leodii Catechiſmo Romano dictum à me Centuria priore.

5. FABRICIUS ANTONIUS MONSIGNANI, Comes, cujus extant diſſertationes Italice vulgatæ de lingua Italica & de poëtica imitatione. *Lezzioni XXIV. ſopra l'imitazione poëtica. Lezzioni IV. ſopra la lingua Italiana.*

Italiana. In memoriis Academiæ Philergitarum Forolivienſis, i ſaggi de' letterati d' Italia T. XXVI. p. 189. T. XXVII. p. 324. 339.

6. ANTONIUS FABRICIUS, Montipolitanus, de quo Centuria priore.

FABRICIUS ab AQUAPENDENTE, vide infra, HIERONYMUS FABRICIUS,

FABRICIUS ARDIZZONUS, cujus exſtant medicamenta adverſus peſtilentiæ luem *i ricordi al preſervarſi e curarſi dalla peſte*, Genova 1656. 4. Laudat Raphaël Sopranes in ſcriptoribus Liguriæ, Genuæ 1667. 4. editis p. 89. & Auguſtinus Oldoinus S. I. in Athenæo Liguſtico, Peruſiæ 1680. 4. p. 173.

FABRICIUS ARGOLUS, Epiſcopus, de quo Petrus Antonius Corſignanus libro de Viris illuſtribus Marſorum cap. VIII. Rom. 1712. 4.

ARNOLDUS FABRICIUS Aquitanus, de quo Centuria priore.

Vita del Venerabile P. FABRIZIO dell' ASTA, Fondatore della Congregazione di San Filippo Neri in Forli, da *Ottavio Petrignani* in Forli 1675. 8. & colla vita di Filippo Neri. Giornale de' letterati d'Italia T. XXXI. p. 341.

AULUS FABRICIUS, vide infra, TUSCUS & VEIENTO.

FABRICIUS A BALNEO, Comes, in hiſtoriis Etruriæ à Jo. Baptiſta Adriano commendatus, cujus hiſtoria ſuorum temporum prodiit Italice, Florentiæ 1583. fol.

Ad FABRICIUM ex Comitibus GUIDIIS A BALNEO Gabriel Naudæus ſcripſit Syntagma de Studio liberali, quod ſeparatim primum, Urbini 1632. 4. Arimini 1633. 8. Amſt. 1645. 12. Poſtremo recuſum eſt in tomo primo methodorum, curante V. C. Thoma Crenio, Roterodami 1692. 4. p. 573. ſq.

BALTHASAR FABRICIUS, Medicus, de quo Centuria priore. Res non naturales de quibus hic inter alia ſcripſit, ab artis ſalutaris doctoribus ſolent appellari hæc ſex: aër quem ſpiramus, victus quo utimur, ſomnus & vigilia, motus ac quies, excreta & retenta, motusque animi.

Varia inedita ſcripta Balthaſaris Fabricii, non ſatis ſcio an hujus, audivi exſtare manu exarata apud Reverendum atque Eruditiſſ. Theologum D. Erneſtum Salomonem Cyprianum.

2. BALTHASAR FABRICIUS, JCtus Venetus, qui ſcripſit de Archivis.

3. BALTHASAR FABRICIUS, Sileſius, Poeta, de quo Jo. Henricus Conradus in Sileſia togata, p. 69.

Gratatus Regique novo Regisque Poëta,
Iſtius heu letho ſiſtitur Iſter aquis.

Na-

Natus Sagani, diem obiit Poſonii menſe Septembri A. 1563. ætat. 24.

FABRICIUS BARTOLETTUS. Bononienſis, Philoſophiæ ac Medicinæ Doctor, qui in patria & Piſana Academia Anatomiam docuit, idem primus Profeſſor Medicus in Academia Mantuana, defunctus A. 1630. æt. 42. Ejus ſcripta ſunt:

Encyclopædia Hermetico Dogmatica, ſive Orbis Doctrinarum Medicarum, Phyſiologiæ, Hygieinæ, Pathologiæ, Semeioticæ, & Therapevticæ, Bononiæ 1619. 4.

Concluſiones Anatomiæ in amphitheatro Piſano propoſitæ & defenſæ, ſive Anatomica humani microcoſmi deſcriptio per theſes diſpoſita, Bononiæ 1619. fol.

Prælectio Anatomica, habita Bononiæ 1620. 4.

De Hydrope Pulmonum, Bonon. 1629. 4.

Methodus in Dyſpnœam ſeu de reſpiratione libri IV. & quintus de curationibus ex penu Dogmaticorum Hermeticorumque, Bononiæ 1633. 4.

Vide Georg. Abrahami Mercklini Lindenium renovatum p. 269. Hier. Ghilinum theatro virorum eruditorum Italice edito, Venet. 1647. 4. T. 2. p. 74. Andream Ottonem Goelike in Hiſtoria Anatomica p. 56. & Jo. Anton. Bumaldum in Minervalibus Bononienſibus ſive Bibliotheca Bononienſi, edita Bononiæ 1641. forma minore p. 65.

p. 65. ſq. qui præterea memorat *Anatomiam* hujus Fabricii, magnam ſecundum partem impreſſam, ſed nondum publicatam: & inedita varia, *Logicam textualem*, *Phyſicam cum textibus* (Ariſtotelis) *ſummis & quæſtionibus. De anima. Chirurgiam. Antidotarium Chymico dogmaticum* &c.

BASILIUS FABRICIUS, Zikſai ſive Szikſzovia, Hungarus. Rector Scholæ Patachienſis in Hungaria, de quo Centuria priore. Exſtant ejus Orationes duæ funebres, de vita & morte Gabrielis Perenii, Comitis Abywyvarienſis, & Conjugis Helenæ Orszag, Witeb. 1568. 1570. 4. Calvinianum fuiſſe teſtatur Dav. Czwittingerus in ſpecimine Hungariæ litteratæ, Francof. 1711. 4. p. 142.

FABRICIUS BASSECOURT, ex Romanæ Eccleſiæ ſocio Theologus Reformatus, atque ante annos centum amplius Electoris Brandenburgici à Concionibus ſacris, vulgavit librum quo deſertorum à ſe Romanorum ſacrorum rationem reddidit, ausführliche Erklärung, Argentorat. 1604. 4. Amberg. 1618. 4. Deinde cum *Jacobus Rehingius*, tunc adhuc Jeſuita vulgaſſet librum hoc titulo: *Muri Civitatis ſanctæ, h. e. Religionis Catholicæ fundamenta XII. quibus inſiſtens Princeps Wolfgang Guilelmus, Comes Palatinus in Eccleſiam Catholicam fauſtum pedem intulit:* A Fabricio ipſi oppoſita eſt *Tuba DEI ad ſubver-*

vertendos muros Jericho Eccleſiæ Romanæ, h.e. præludium ad librum Reihingii &c. Arnhem. 1615. 4. Reſpondere quidem conatus fuit Reihingius edito ſcripto cui titulus: *Excubiæ Angelicæ Civitatis ſanctæ, ſive defenſio XII. fundamentorum Catholicorum*, Neoburgi 1617. 4. Sed mox Fabricius publici juris fecit *integram & perfectam refutationem fundamentorum XII. Reihingianorum*, Arnhem. 1618. 4. Conſtat autem hunc ipſum Reihingium * cum in aſſerenda Romana fide etiam adverſus noſtrates diligentem operam impenderet, expenſo tamen B. D. Matth. Hoë manuali, imbecillitati ſuæ cauſæ diffiſum veritati dediſſe manus, & ad noſtram Eccleſiam edito A. 1626. retractationum libro acceſſiſſe, atq; Theologi Evangelici munere functum in Academia Tubingenſi conſtanter ad obitum usque, qui A. C. 1628. undequinquageſimo ætatis ipſi contigit. Alia inſuper ſcripta Fabricio Baſſecurtio tribuuntur in Chriſtophori Hendreichii Pandectis Branden-

* Confer B. D. Theoph. Spizelii templum honoris p. 93. Bælii Lexicon Hiſtoricum, Henningi Wittenii memorias Theol. p. 892. Reinhardi Henrici Rollii Bibl. nobilium Theologorum p. 200. Ludolph. Melch. Fiſchlini memorias Theologor. Wurtebergic. II. p. 105. D. Georg. Henr. Goezium de converſis Pontificiis pag. 49. ſq. & Georgium Serpilium τὸν μακαρίτην in Epitaphiis Theologorum Suevorum p. 149. qui uberiorem vitæ Reihingianæ deſcriptionem etiam editurum ſe promiſit. Sed citius ipſe fatis conceſſit Ratisbonæ magno deſiderio ſui relicto A. 1723.

denburgicis p. 448. *Tableau de la bonne foy & ſincerité*, Ultrajecti 1618. 4. *Verification de la bonne foy*. ibid. *Election eternelle*, Amſt. 1618. 4. *Larmes des fideles de Mulheim*, Cleves 1615. &c.

FABRICIUS de la BASSECOUR, cujus nihil aliud mihi innotuit qvam *defenſio Carteſiana adverſus Io. Schuterum*. Lugd. Bat. 1674. 4. Quanqvam video apud Hendreichium memorari ejusdem ſcripta alio qvoqve, qvalia ſunt: *la manne du Ciel*. Amſt. 1647. *la Pieté de l'Ame fidelle*. ibid. 1649. 12. *Conciones ad Pietatem & animæ Salutem excitantes*. Amſt. 1652. 12.

BERNARDUS FABRICIUS, de qvo Centuria priore.

FABRICIUS BERTULEUS, ſeu PUBLIUS FABRICIUS BERTULEUS, Patricius Motucenſis, Danthis Calabri Oratoris facundiſſimi filius claruit circa A. C. 1559. Ipſius meminit Placidus Caraſa in Motuca illuſtrata, Panormi 1653. 4. & T. XII. theſauri hiſtoriraum & Antiqvitatum Siciliæ pag. 100. & Antonius Mongitor Bibl. Siculæ T. I. p. 192. Panormi 1707. fol. Edidit *Dialogos Grammatica*, Panormi 1559. 8. Scripſit etiam ſed morte præventus non abſolvit, *de Latini ſermonis elegantia, barbarorum flagellum, ſive barbaromaſtigem*.

D. FABRICIUS BIBLIA, Catanzarenſis in regno Neapolitano, vulgavit Italice

lice librum qvi inſcribitur : *diſcorſo ſopra l'aggiuſtamento della moneta e cambii del regno di Napoli.* Neapoli 1621. 4.

BLASIUS FABRICIUS Chemnicenſis, Georgii meritiſſimi Viri frater, ingenti cum laude & fructu docuit in celeberrimo tum Argentinenſi Gymnaſio, & cum Joanne Sturmio ſicut & frater Georgius, conjunctiſſime vixit. Poſtea juventutis ſtudia ſub illuſtri & generoſo Hanenſi Comite Buſwileræ rexit teſte Conrado Porta in Oratione de Andrea Fabricio, ad qvem, Blaſiumqve & Georgium, fratremqve qvartum Jacobum reſpiciens Chriſtophorus Schellenbergius in Epithalamio ad Georgium:

O ſat in hoc felix Fabriciana domus,
Quod ſummo ingenio, magna virtute decoros
Germanos fratres quattuor una tulit,
Aonidum quibus unus amor, quibus omnibus artes
Docta Minerva ſuas, carmen Apollo dedit.

Petrus Albinus in Chronico Miſnenſi p. 363. *Blaſilius* Fabricius iſt ein trefflicher Græcus, wie ſeine *Epiſteln*, ſo er auch ex tempore geſchrieben, ausweiſen. Ejus metaphraſim Latinam Sapphicam *Orationis Dominicæ* hoc loco apponam ex Adami Siberi enchiridio Pietatis puerilis Baſil. 1564. 8. p. 51.

BLASII FABRICII.

Conditor mundi, Dominusque rerum,
Qui Pater noſter cupis invocari, *Et*

Et ſuper cœlos moderaris imis
Omnia terris.
Quæſo fac, gentes habeant honorem
Nomini ſancto, quia laude dignum
Maxima, cuncti paveant, amentque
Te Pater alme.
Spiritu ſancto rege corda noſtra,
Ut tuum regnum properans ſequatur:
Denique ut cœlo tua ſit voluntas,
Sic in hac terra ſimili ligemur
Fœdere cuncti,
Corpori, & noſtris alimenta membris
Poſcimus, panemque animæ ſalubrem,
Atque quod ſanctis ſuper alta donas
Sidera nectar,
Nos quoque erramus miſeri, malique
Sed tua fac nos bonitate juſtos:
Omnibus rurſus veniam daturi
Tempore quovis.
Utque Getulis leo rugit arvis,
Cum grege invadens pavidos magiſtros:
Sic tuum terret trepidum cruentus
Hoſtis ovile,
Cujus è diro bone paſtor ore
Libera, qui te miſeris querelis
Invocant: ſic nos hilari Amen Amen
Voce canemus.

Vixit adhuc A.C. 1582. Vide Martini Cruſii Turco Græciam p. 132. Per vitam variis triſtibus cum fatis moleſtiisqve luctan-

ſtandum ei fuit ut vel hoc Andreæ fratris tetraſtichon facere fidem poteſt:

Fratrum vix alius tam duris caſibus actus,
Lapſibus & morbis, vulnere, peſte, dolis.
Conjugii ſpinis: tot agonum examina Verbi
Et fidei vicit Blaſius enſe ſua.

Laudat frater Georgius ad Ovidii nucem v. 73. & MStum hujus Codicem ab eo ex Triboccis refert ſe accepiſſe.

FABRICIUS BODERIANUS, Vide in ANTONIO & in clariſſimo altero, GVIDONE.

BOGESLAUS FABRICIUS Jacobi Fabricii, Superintendentis Pomeraniæ, de qvo infra, filius in flore ætatis extinctus Witebergæ 20. Nov. A. C. 1651. Hujus elogium habes in eruditiſſimi viri Auguſti Buchneri (cujus in contubernio vixit) diſſertationibus Academicis n. DCIV. ubi traditur Stetini ſub Avunculo ſuo celebratiſſimo D. Joanne Micrælio defendiſſe duas diſputationes Theologicas, alteram *de Conciliatione inter Orthodoxos & Calvinianos tentata fruſtra hactenus*, alteram *de Gratia DEI circa Adamum in ſtatu Integritatis atque univerſali promiſſione in Protevangelio toti generi humano facta:* & unam Philoſophicam *de Principe*, qvam ſuo Marte, mox diſceſſurus conſcripſerat. Nec non ſub affini D. Joachimo Fabricio (de qvo itidem infra erit dicendi locus) Hebræo Theologicam *de vaticinio*

 Jaco-

Jacobi & ibi promiſſo Schiloh, & ſub V.C. Andrea Frommio *de natura & conſtitutione Metaphyſicæ*. Epitaphium ei ſcripſit Vir & ipſe celebris Joſua Arndius.

FABRICIUS BOIDIUS, Medicus Mediolanenſis A. C. 1593. defunctus, qvi peſtilentia A. 1576. Italiam vaſtante egregiam operam præſtitit, ac præterea ſcripſit *libros duos de modo cognoſcendi, curandi ac præſervandi febres peſtilentiales*. Nec non commentarium *de dolore & voluptate*. Vide ſis Ghilinum T. I. p. 94. & ex eo Pauli Freheri theatrum virorum eruditione clarorum, Norimb. 1688. fol. p. 1296.

FABRICIUS BOLANDUS. Vide infra, JOANNES FABRICIUS BOLANDUS.

FABRICIUS BONONIENSIS, circa A. C. 1212. de quo centuria priore. Alius ſupra in BARTOLETTO.

FABRICIUS BOSSUS, Relatione dell' Ambaſciata di Milano, alla Maeſtà di Filippo IV. ſervita dal Marcheſe Fabricio Boſſo, A. 1623.

FABRICIUM BRANCURTIUM, de quo priore centuria feci mentionem, his verſibus laudat M. Antonius Flaminius in Leodegarii à Quercu farragine poëmatum, p. 220.

Fabrici optime, qui manu eleganti
Scribis Carmina, quæ Camœna dictat:
Singulis mihi noctibus quietem

Dum

Dum terris ſopor irrigat, quid ipſe
Quid pro te faciam? Deos rogabo,
Ut qui carior eſt tuis ocellis
Tibi Tullius, is ſuum in loquendo
Leporem, ingeniumque, copiamque
Inſpiret tibi, nobilemque & illam
Scribendi variam optimamque formam
Det effingere ſic, ut eſſe cunctis
Tullius videare, Tullianus
Qui jure omnibus eſſe nunc videris.

Omitto alterum Carmen ejusdem Flaminii quod exſtat apud Leodegarium, p. 236.

FABRICII BRITII, Acebutenſis in Samnio, Itali S.I. *Synopſis Scripturæ* excuſa fuit Genuæ 1645. 4. Itaque emendandum quod in priore centuria calami vel typographi errore Genevæ ſcriptum fuit.

BRUNO FABRICIUS, Cellarius & Paſtor in Monaſterio Abdinckhave, inter Viros Weſtphaliæ,eruditione ac ſcriptis celebres memoratur à præclaro Viro Hermanno Hamelmanno in Operibus Genealogico hiſtoricis, p. 229.

FABRICIUS BURLAMACHUS, non notus mihi, niſi quod ejus nomen præfert homilia ſacra edita, Genevæ 1664. 8. *Sermon fait au jour de Jeune ſur l'Apocalypſe Chap. III. vers 1. -- 3.*

De CAIO FABRICIO LUSCINO dictum Centuria priore. Nihil illo in Hiſtoria Ro-

mana celebrius, qui cum Q. Æmilio Papo, Cenſor A. U. C. 478. bisque Conſul fuit A. U. C. 471. & 475. & interjecto tempore pacem cum Pyrrho compoſuit. * Idem parvo potens atque ut apud Græcos Ariſtides, juſtitiæ laude inclytus, a) *Fabricius parvo ſpernebat munera Regum.* b) Ab hoc *vicus Fabricii* Romæ dictus fuit in prima Regione c) & *pons Fabricius*, d) qui hodie pons quatuor capitum dicitur, de quo Horatius e) *Atque à Fabricio non triſtem ponte reverti.* Statua ipſi poſita à Thurinis, quos obſidione liberavit teſte Plinio XXXIV. 6. Idem Plinius de corruptis temporum ſuorum moribus conquerens XXXIII. 12. *Heu mores! Fabricii nos pudet.* Apulejus apologia p. 435. *C. Fabricius, Cn. Scipio, Manius Curius, quorum filiæ ob paupertatem de publico dotibus donatæ ad maritos ierunt*, f) *portantes gloriam domeſticam, pecuniam publicam.* Plura Franciſcus Petrarcha capite ultimo libri de Viris illuſtribus, cui ipſe immortuus. Omitto C. Fabricium de quo vetus Inſcriptio apud Jo. Marium Mattium, Brixianum lib. 2. Opi-

* Juſtin. XVIII. 2. Bælii Lex.

a) Cicero III. de Offic. c. 4. Ammian. XXX. 1. p. 587. Entropius II. 8. Jo. Sarisberienſis lib. V. c. 7. Policratici, Suidas in Φαβρίκιος & ἀποςυγȣ̃ν]ες.

b) Claudian. c) Gruteri Inſcript. p. CCL. d) Dio lib. XXXVII. p. 50. e) 2. Sat. 3. f) Valer. Max. IV. 4.

Opinionum c. 3. T. 4. Miſcellaneor. Gaudentii Roberti p. 417. itemque alios, ut in Diario Italico Viri Celeberr. Bernardi de Montfancon p. 262. & in muſæo Minervæ Venetæ T. 1. p. 383. Indignus Fabricii nomine in quem hoc exſtat Brunii Epigramma: g)

Errata de l'Epitaphe d' un Juge intereſſé & de baſſe extraction.

Si vous liſez dans l'Epitaphe
De Fabrice, qu' il fut toujours *homme de bien,*
C'eſt une faute d' ortographe,
Paſſans, liſez, *homme de rien.*
Si vous liſez, qu'il aima la juſtice,
Qu' à tout le monde il la *rendit,*
C'eſt une faute encor, je connoisſois Fabrice,
Liſez, paſſans, liſez *vendit.*

FABRICIUS CAMPANI, *de la civile vita*, Venet. 1607. 4.

FABRICIUS CAMPOLINUS, Veronenſis, nomen commentitium, de quo jam centur. priore. Sub illo libellus de antipathia nationum jam lucem vidit, Pariſ. 1636. 8.

FABRICIUS DE CAPUA, eques Neapolitanus, Archiepiſcopus Hydruntinus ſub extremum Sæculi XV.

FABRICIUS CARAFFA, cujus mentio in teſtamento Fulvii Urſini, in vitis ſe-

g) Epigrammes Madrigaux & Chanſons par Mr. le Brun, Paris 1714. Memoires de Trevoux A. 1714. Juillet p. 1212.

lectis è Bibliotheca Chriſtiani Gryphii τῦ μακαρίτου editis p. 577.

FABRICIUS DE CARETO ſive *CARECTANUS*, Procurator Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani & magnus Rhodi Magiſter, de qua dignitate illi gratulatur Leo X. A. 1514. h) Ejus *Epiſtola ad Leonem X.* exſtat inter principum & illuſtrium Virorum Epiſtolas p. 143. Amſt. 1644. 12. apud Elzevir. Interfuit Concilio Lateranenſi, A. 1512. Doctum litteras latinas, callidum & acrem ingenio prædicat Jacobus Fontanus apud Bzovium n. 14. ad Ann. 1522. quo ille diem obiit. Laudant Michaël Juſtinianus in elencho ſcriptorum Ligurum, Ubertus Folieta in elogiis, & Auguſtinus Oldoinus in Athenæo Liguſtico, p. 173.

CAROLUS FABRICIUS JUSTINIANUS, Marianenſis & Adjacenſis in Inſula Corſica Epiſcopus. *Conſtituzioni e decreti Synodali*, fatti nel primo Synodo Diœceſano di Mariana & Accia l'anno 1657. del M. Carlo Fabrizio Giuſtiniani, Veſcovo, in Livorno 1565. 4. De vita Julii Juſtiniani ab eodem edita dixi centuria priore. Vide & Oldoinum Athenæi Liguſtici. p. 132.

FABRICIUS CAROSI da Sermoneta, *Nobiltà di Dame*, Venet. 1600. 4. *il Ballarino*, diviſo in due trattati, ornate di molte figure, ibid. 1581. 4.

CAS-

h) in Petri Bembi Epiſtolis lib. VII. 6.

CASPAR FABRICIUS, Abbas Seganenſis Ao. 1669. defunctus, litterarum fautor, cujus elogium vide ſis in Jo. Henelii Sieſiographia T. I. cap. VII. p. 487. ſeq.

Alius *CASPAR FABRICIUS*, de qvo Gotfridi de Thilo Senator cordatus & munificus, ſive memoria Caſparis Fabricii, JCti & Proconſulis Goldbergenſis. Lignicii 1674. 4.

FABRICIUS CASTIGLIONIUS MORELLUS Patricius Conſentinus. *De Patricia Conſentina Nobilitate, monimentorum Epitome.* Neapoli 1709. Venet. 1714. fol. Giornale de' letterati d'Italia T. XVI. p. 516.

FABRICIUS CATENAZZI, Cæſenas, Poëta cujus varia carmina excuſa, de qvibus Cæſar Brixius & Bernardinus Manzonius mentionem faciunt.

FABRICIUS CEMA, qvem Stanislaus Hoſius in Academia Cracovienſi litteris operantem viſitans febri laborare offendit, obſervatoqve neſcio qvo volumine Lutherano qvod ſub cervicali abditum ille habebat, non dubitavit febris cauſſam in hunc librum rejicere, cumqve abjiciendum illum eidem perſvaſiſſet, reſtitutæ valetudinis beneficium huic rei adſcribere, ut ex Jo. Antonii Petramellarii elogiis p. 237. refert V. C. Theodorus Cruſius, Vergnügung müßiger Stunden VII. p. 61.

CHRISTIANUS FABRICIUS, Broackera (pago Flensburgi vicino) Cimber, Nonis Junii A. 1601. in hanc lucem editus, poſtea Juris Utriusqve ac Medicinæ Doctor, qvi artem Medicam in Urbe Regia Hafnienſi exercuit, poſſeſſor Muſei inſignis rerum naturalium, & cum Thoma Bartholino aliisqve Medicis reviſor diſpenſatorii publici Hafnienſis. Defuncti A. 1666. 20. Nov. epitaphium exſtat in Inſcriptionibus Petri Joannis Reſenii Hafnienſibus p. 172.

Alius *CHRISTIANUS FABRICIUS*, Georgii Fabricii, Chemnicenſis, de qvo infra, filius.

CHRISTOPHORUS FABRICIUS Carmelita, Religionis cauſſa combuſtus Antwerpiæ A. 1564. 4. Non. Octobr. de qvo Alanus Copus memoriæ ejus ſtrenue inſultans dialogo ſexto p. 714. ſeq.

Alius *CHRISTOPHORUS FABRICIUS* de qvo Centuria priore.

FABRICIUS COCANARIUS Tibur * ſive Tiburienſis, edidit *Theonoſton, ſeu de vita producenda atque incolumitate corporis conſervanda dialogum*, Rom. 1617. 4. & Coloniæ 1620. 4. Meminit Jo. Antonius van der Linden lib. I. de ſcriptis Medicis, & ex eo Georgius Abraham Merklinus.

FABRICIUS Marchio *COLOREDUS*, Magno Duci Hetruriæ ſummus Aulæ præfectus

* à patria *Tivoli*.

fectus & Conſiliarius ſtatus, cujus *Jambicus Nataliticus* ad cunas Infantis Dei decantatus prodiit Florentiæ 1638. 4. ** Plura de illo dictionarium hiſtoricum locupletatum à viris doctiſſimis & Germanice Lipſiæ editum. Palatium ejus hac inſcriptione decoravit vir diſertiſſimus Octavius Ferrarius T.2.Opp. à venerando ſene Joanne Fabricio in lucem editorum p.533.

Qvas ſubis hoſpes ædes
Subſtructionum mole, artificum ingenio omniqve cultu
Cum veterum magnificentia certaturæ
Nullum majus ornamentum domino ſuo habent
Fabricio Coloredo.
Qvem in etruſca aula conſenuiſſe mirum eſſet
Niſi in eadem ſummo faſtigio proximus
Plures honores ac titulos
Qvam annos numeraret.
Flagrantisſima apud tres principes gratia
Incertum belli an pacis artibus clarior
In Hipponenſi prælio victricis clasſis legatus
Eqvitum S. Stephani & cataphractorum ductor
Cubiculi præfectus S. Sophiæ demarchus
Adoleſcentiæ principis moderator
Rector Senenſis urbis ſummus aulæ præfectus

** Cinelli Bibl. volante, XVIII. p. 100.

Raro exemplo
Sex & triginta legationibus
Apud omnes Europæ principes perfunctus
N. N. *Coloredi fratris filii*
Hunc honorem indicem familiæ faſtis
Sacrarunt.

FABRICIUS COLUMNA, ad quem Petri Bembi Epiſtolæ.

CONRADUS FABRICIUS, Commendator Küſnachtenſis, Zwinglii æqualis & amicus de quo Jo. Henricus Hottingerus T. VIII. Hiſt. Eccleſ. Sæculi XVI. parte 4. p. 116. & in Bibliotheca Tigurina p. 93. & filius Jo. Jacobus Hottingerus parte 3. Hiſt. Eccleſiaſticæ Helveticæ, Germanico vulgatæ idiomate, p. 49. 80. 86. &c.

Alius CONRADUS FABRICIUS, de quo centuria ſuperiore.

CONRADUS HENRICUS FABRICIUS, de quo itidem priore centuria, edidit etiam D. Jo. Schrœderi, Theologi clariſſimi Noribergenſis, Danielem reſeratum. 1673. 4.

CONSTANTINUS FABRICIUS, Jo. Jacobi Grynaei amicus, patria Nordlingenſis, Scholae Ægidianae primum Collega, deinde Eccleſiae Diaconus, & ob Calviniſmi profeſſionem A. 1597. d. 14. Maji mandatus cuſtodiae, unde d. 20. Junii dimiſſus & cum tota familia civitate excedere juſſus fuit. Vide Sigismundi Ja-

cobi

cobi Apini notas ad Epiſtolas Grynaei, editas Lipſiae 1715. 8. p. 162.

FABRICIUS CRUCEIUS, Hannibalis Cruceji, Mediolanenſis, qui Achillem Tatium latine vertit, filius laudatur ab Auberto Miræo de Scriptoribus Saeculi XVI. p. 205. Patri Epitaphium ſcripſit, quod refert Philippus Picinellus in Athenaeo eruditorum Mediolanenſium p. 39. in hanc ſententiam: *L. Annibali Crucejo ab Epiſtolis Senatus, fide optima ac ſpectatiſſima, ſapientia admirabili, eximie juſto atque integro, Litteris Latinis & Græcis exculto, Poëta pereleganti, ante annos LXVIII. peſtilentia mortuo, MDLXXVII. Kal. Octobris Fabricius Filius Patri B. M. P.*

Neſcio qvis ſit ille D. FABRICIUS, amicus Bocharti, qvi illum ad munus ſacrum diſcedentem propemtica elegia proſecutus eſt, qvæ legitur T. I. Operum Bocharti p. 1255.

DANIEL FABRICIUS, Paſtor Auricinus in Friſia Orientali, denatus A. 1628. de qvo Chriſtianus Funcke in memoria renovata Paſtorum Eccleſiae Auricinae (erneuerte Gedächtniß der Prediger in Aurich, Oldenburg 1717. 8.) p. 38. ſqq. ubi ejus indicem peſtilentia extinctorum (Peſtprotocoll ab A. 1620.) commemorat.

Alius 2) DANIEL FABRICIUS, Dantiſcanus cujus meminit Tomaſinus in Gymnaſio Patavino p. 441.

Alius

Alius 3) DANIEL FABRICIUS cujus homilias Baſileae publicatas memoravi Centuria priore.

Sed pro *Daniele* qvi Dithmarum Bleſkenium ſecutus libellum de Islandia & Groenlandia, kurtze Beſchreibung von der Inſul Jßland und Grönland, Germanice vulgavit Roſtoch. 1616. 8. Hamb. 1639. 12. legendum *DAVID FABRICIUS*, hic enim eſt, qvi Eccleſiaſtes in Oſtell, Friſiae Orientalis, praeter illum librum edidit etiam lingva Germanica parvum Chronicon Friſicum, kleine Oſtfriſiſche Chronica. Ejusdem beſchrievinge von Weſtindien. Hamb. 1612. 8. De Bleſkenii & Fabricii hujus Islandia, & Arngrimi Jonæ, Islandi Epiſtola pro patria, defenſoria conſulenda Clariſſimi Joannis Hubneri noſtri Bibliotheca hiſtorica Hamburgenſis, Centur. VII. p. 253. 260. ſq. Non diverſus ab hoc David Fabricius Friſius qvi Calendarium Anni 1609. vernaculo idiomate edidit una cum relatione de cometa Anni 1607. Hamburgi 1618. & libellum de maculis in ſole, Witeb. Junio A. 1611. 4. adeoqve ante Chriſtoph. Scheinerum, cujus Roſa Urſina prodiit Bracciani 1630. fol. Vide Jo. Kepleri Epiſtolas p. 344. qvi etiam de ejus prognoſticis in Annos 1615. 1616. 1617. in Ephemeridibus p. 16. ſqq. De eodem Davide Fabricio, Centuria priore.

FA-

FABRICIUS DELPHINUS, qvem de Propertio Poëta conſulere jubet Auguſtinus Oldoinus in Athenaeo Auguſto ſive Peruſino p.306.

DIONYSIUS FABRICIUS, cujus compendioſa ſeries Hiſtoriae Livonicae laudatur à Chriſtiano Kelchio in Hiſtoria Livonica vulgata Germanice Rudolſtadii 1695.4.

DONATUS FABRICIUS Harlemenſis Batavus diſſertationem inauguralem de donationibus habuit Franeqverae A. 1708.

DOROTHEÆ FABRICIÆ ſpina pungens, Germanice edita Dresdae 1683.8. graves qverelas de calamitatibus & perſecutionibus marito ſuo Sebaſtiano Fabricio inflictis complectitur. De illo infra ſuo loco.

EBERHARDUS FABRICIUS Gieſſa Haſſus, Cancellarius comitis Mansfeldici, de qvo centuria priore. Ejus Gailius enucleatus lucem vidit primum Gieſſae 1655.4. Molitum vitas & encomia Jctorum, didici ex Jo. Friderici Felleri monumentis ineditis p.583. Gloria Fuldæ, Abbates Fuldenſes Ord. Benedictini recenſet ab A.C. 744. ita enim legendum pro 1644.

Alius *EBERHARDUS FABRICIUS*, Jacobi Fabricii, Paſtoris, Hamb. (de qvo infra) Nepos, extinctus anno aetatis vigeſimo Helmſtadii A. 1661. 15. Jun. de qvo mul-

multa & præclaræ ſpei in programmate qvod vidi funebri.

ERASMUS FABRICIUS, Lithopolitanus, Canonicus Tigurinus, amicus Zwinglii. Vide Jo. Henrici Hottingeri Hiſtoriam Eccleſ. T. VI. p. 313. ubi ex hujus Fabricii Epiſtola ad Joachimum Vadianum ſcripta qvaedam in laudem Zwinglii affert: tum Jo. Jacobi Hottingeri, filii, Hiſt. Eccleſiaſticam Helveticam Germanice editam T. 3. p. 55. 86. &c. Zürchiſches Altes und Neues A. 1717. p. 121. Ad hunc Eraſmum Zwinglii Epiſtola A. 1522. data legitur in Monumentis pietatis & literarariis à celeb. Miegio vulgatis Francofurti 1701. 4. T. 2. p. 19. ſeq. Famulus illius, cum Friburgi Briſgoiae ſtudiorum cauſſa degeret, fuit Caſpar Hedio.

FABRICIUS ELPHITEUS ad qvem Philelfi Epiſtola XXXIII. 31. p. 237. data Octobri A. 1471. Vide ſupra, *FABRICIUS GENESIUS.*

ERICUS FABRICIUS; de qvo centuria priore.

ERNESTUS FRIDERICUS FABRICIUS, de qvo in eadem centuria, Charitinus, Medicinae D. qvi Artem ſuam in aula Caeſarea initio, deinde in Civitate Hamburgenſi fecit cum egregio ſucceſſu, & Medicinae Galenicae atqve Hermeticae anatomen Philoſophicam tabulis expreſſam praelo ſubjecit, Ampliſſimoqve Senatui Urbis inſcri-

ſcripſit Hamburgi 1626. fol. recuſam deinde curante Arnoldo Weickmanno Medico Francofurtenſi, Francof. 1633. fol.

ESCHILLUS FABRICIUS, de quo centuria priore. Vide & ſupra, *Æſchillus*

EUCHARIUM CLEMENTEM FABRICIUM Medicum praetereo, adhuc quod ſciam ſperſtitem, cujus extat liber fünffacher Artzney-Schranck, Francof. & Lipſiae 1725. 8.

M. FELIX FABRICIUS, Leisnicenſium Superintendens, A. 1591. à Calvinianis intruſus, ſed reſtituto mox iterum M. Balthaſare Cademanno ſub ejusdem anni exitum. Vide Chriſtiani Friderici Wiliſchii memorias Superintendentum Pirnenſium §. 7.

Alius FELIX FABRI ſive FABRICIUS, Ord. Praed. Tigurinus, qui à A. C. 1489. adhuc vixit & *hiſtoriam Suevorum* atque *duplex hodoeporicon in Palaſtinam* compoſuit. De illo Jacobus Quetif & Jacobus Echardus T. 1. de ſcriptoribus Ordinis Dominicani, p. 871. ſq.

FABRICIUS FENZONIUS, nobilis Faventinus, laudatur ab Hippolyto Maraccio in Mariali S. Germani, p. 204. Rom. 1650. 8.

FABRICIUS Epiſcopus in Gallaecia, qui librum de Gothorum Regibus ſcripſerit circa A. C. 576. chimæricus eſt, & in ſolo

lo commentitio pſeudo Hauberti Chronico obvius, ut Nicolao Antonio lib. 2. Bibl. veteris Hiſpanae capite 5. §. 117. obſervatum.

FABRICIUS, Doctor in Poëſi & Rhetorica pervetuſtus, inter primos Poetas idiomatis Italici celeberrimus, quem Dantes in libro de vulgari eloquentia citat, & quanti fecerit indicat: ſcripſiſſe traditur vernacula lingua Cantiones & Tragoedias. *Haec Jo. Antonius Bumaldus in Bibliotheca Bononienſi.*

FABRICIUS FRANCAFORTE, Siculus, aurei velleris Eques, è cujus admirabili veterum nummorum theſauro, longo annorum ſpatio congeſto, ingentes divitias hauſiſſe ſeſe fatetur Philippus Paruta, diligens patriorum numiſmatum editor. Vide Ez. Spanhemium T. 1. de praeſtantia & uſu numiſmatum, p. 36.

FRANCISCUS FABRICIUS, Marcodurahus (in agro Colonienſi) laudatur à Mich. Caſpare Lundorpio continuationis Sleidani libro XIII. T. 2. p. 178. ſq. ubi & hoc refert Euricii Cordi Epigramma ex lib. V. p. 321. ſed quod ad Franciſcum Fabrum, Sileſium à Cordo ſcriptum fuit:

Lecta tua eſt nobis, divine, Bohemia vates,
Et quod ad Aurbachum concomitatur opus,
Hei quantum è ſacris traxiſti fontibus hauſtum,
Quam plenum dexter pectus Apollo dedit.

O

Oſtupidos homines, o barbara tempora, quæ non
Talibus ingeniis, muneribusque favent.
Fauſta, ſub Auguſto, ſi te Lucina dediſſet,
Proximus à primo crede poëta fores.

Fabricii Marcodurani, quæ omne punctum tulit *Vita Ciceronis* præmiſſa quoque nuper eſt editioni Ciceronis Operum luculentæ Verburgianæ quam Wetſtenii dederunt, Amſt. 1724. fol. & 4. & 8. Prodiit & ſeparatim ſæpius ut Colon. 1587. 8. Helmſt. 1620. 12. curante Chriſtoph. Heidmanno & 1672. 12. Sed plura de hoc Fabricio ejusque ſcriptis, nec non

De 2.) FRANCISCO FABRICIO, Ruræmondano in centuria priore.

Mentionem quoque eodem loco feci, quamvis ſpirantis adhuc, & cui multos annos voveo, 3.) FRANCISCI FABRICII, diſertiſſimi Paſtoris & Profesſoris celeberrimi Leidenſis, cujus plura exſtant monumenta ingenii, Orationes *de Scholis Prophetarum* A. 1708. *De ſcriba edocto in Regno Cœlorum*, A. 1717. *De Oratore Sacro*, A. 1722. & *in Natalem Academiæ Leidenſis centeſimum & quinquageſimum*, A. 1725. Diſſertationes XIV. Philologico Theologicæ *de Chriſto unico & perpetuo Eccleſiæ fundamento*. Lugd. Bat. 1717. 4. *De Sacerdotio Chriſti juxta ordinem Melchiſedech*, ad Geneſ. XIV. 18. -- 20. Pſal. CX. 4. & Hebr. VII. 1. -- 10. Lugd. Bat. 1720. 4.

Alius 4) FRANCISCUS FABRICIUS, ſed ſimiliter vivus adhuc ſpiransq;, Medicus cujus Diſputationem inauguralem Medico chirurgicam *de Carcinomate* vidi excuſam, Lugd. Bat. 1708. 4.

De FRIDERICIS FABRICIIS, tribus dictum centuria priore. Secundi, Gedanenſis, ut mihi perſuadeo ſunt *Orationes Civiles* nomine publico habitæ, Francof. 1685. 8. De tertio, Paſtore Eccleſiæ Stetinenſis addes Erdmanni Uhſenii Leben der berühmten Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI. und XVIIten Jahr-hunderts, p. 624. ſeq. Idem gener fuit Jacobi Fabricii Superintendentis Pomeraniæ, de quo infra: Sub M. Valentini Friderici fideli inſtitutione, Lipſiæ & ſub Buxtorfii Viri docti Baſileæ inſignes fecit in Orientalibus litteris progreſſus, quo poſteriore potiſſimum inſtigante ſpecimina varia in lucem edidit, & ex his unum noviſſimæ Lexici Hebraeo Chaldaici Buxtorfiani editioni ſubjunctum. Etiam molitum eſſe indicem accuratum, in *Rabboth* ſive Commentarios allegoricos Judaeorum in Pentateuchum, teſtatur B. D. Jo. Deutſchmannus in programmate quod A. 1691. praemiſit Diſſertationi Fabricii inaugurali, de traditionibus Pontificiorum. Eodem A. 1691. ab eo habita diſſ. de Samaritaniſmo Pontificio Fanatico in arti-

culo

culo de bonis Operibus eorumque perfectione. Sub idem tempus Stetini prodiere ejus Poeëmata Germanica, Trauer- und Freuden-Gedichte. Nec non ſcripta contra Joannem Erneſtum Phuelium, qui Orthodoxiam quam profeſſus eſt ſuam acerbis adverſus D. Rangonem, Seb. Ranum & Frid. Fabricium huncce ſcriptis defenſitavit.

De GABRIELE FABRICIO, centuria priore.

FABRICIUS GALLUS, Epiſcopus Nolanus, qui A. C. 1588. & 1594. Synodos celebravit, quarum conſtitutiones in lucem editae ſunt, Neapoli 1590. 4. & Romae 1600. 4.

FABRICIUS GARZONIUS, Philoſ. & Medic. D. Collegii in Archigymnaſio Bononienſi Medicus ſupraordinarius & tanqvam eminens, in prima cathedra Cardani ſucceſſor ampliſſimum honorarium promeritus. Ejus impreſſa ſunt de rebus Ripanis & nonnulla alia. Reliqvit autem MSS. Lectiones Medicas plures & alias lucubrationes. Ejus Epiſtolæ aliqvot ad Petrum Andream Matthiolum exſtant, à qvo celebratur, ut & ab Andrea Thurio Pauli II. Medico, à Matthæo Curtio, Ticinenſi, & à qvam plurimis aliis. *Hæc Jo. Antonius Bumaldus in Bibliotheca Bononienſi.*

GAUBERTUS FABRICIUS de Vagad, Ciſtercienſis, de cujus Chronico Hiſpanice A.C. 1499. Cæſarauguſtæ edito Nic. Antonius Bibl. vet. Hiſpanæ lib. X. c. 15. §.849.

FABRICIUS GENESIUS, Venantii Geneſii filius laudatur à Franciſco Philelfo lib. XXXVII. Epiſt. 13. Eundem reſpicit XXXVI.28. & XXIX.16 ad Albertum Parrhiſium: Venet. 1501. fol. p. 203. *De libello Fabricii noſtri qui DE GLORIA inſcribitur, nihil eſt quod quiſquam ambigat. Nam & inventio tota eſt ejus & oratio ejus tota. Ac valet ſane Fabricius noſter & ingenio & dicendi elegantia, quem etiam ſum hortatus ut eum libellum ad te det, id quod facturum ſe recepit.* Vide ſupra FABRICIUS ELPITHEUS.

GEORGIUS ANDREAS FABRICIUS Theodoſii filius, de qvibus utrisqve Centuria priore: Avum habuit Andream; Proavum, Georgium Aurifabrum, patrem ſex filiorum & qvatuor filiarum, è qvibus filii qvatuor in viros evaſere inſigniter eruditos & pietate ac virtute eximia præſtantes, *Blaſius*, *Jacobus*, *Andreas*, & celebris ille *Georgius*, Chemnicenſis. Georgius Andreas Mulhuſinae atqve inde Gœttingenſis Scholae Rector praeter alia, qvae priore Centuria retuli, vulgavit *Horas ſubciſivas poëticas*, Goslariae 1618. 12. & *Gymnaſium œconomicum, XIII. Exercitationibus.* Mulhuſii 1637.

1637. 4. *Catena* ejus *Apoſtolica* non librorum omnium N. T. ſed Epiſtolarum Pauli & Canonicarum atqve Apocalypſeos Analyſin Logico Topicam complectitur. Lipſ. 1634. 1659. fol. De vita ejus conſulendus Rev. Jacobus Fridericus Reimannus introductione in Hiſt. literariam Germanorum parte 3. cap. 2. p. 127. Exſtat hujus Fabricii imago aere dicam an ligno deſcripta ſed vultuoſa admodum ac rudis, ut ipſe etiam teſtatus fuit vivus ac ſpirans hoc diſticho:

Sic me deformant. Sanctus me CHRISTE reformet
SPIRITUS, & pingat me rubor ille tuus.

GEORGIUS FABRICIUS, Chemnicenſis, de cujus laudibus & ſcriptis ad ea qvae dixi priore centuria, haec habeo in praeſenti qvae adjungam. Natalem ejus fauſtis ominibus proſeqvitur Nathan Chytraeus p. 276. b. ſeq. poëmatum & T. 2. delic. poëtar. German. p. 324. *Joannis Rivii* praeceptoris ſui, optime promeriti *vitam* ſcripſit, qvae & Rivii operibus Baſil. 1561. fol. & Auguſtae Munatianae 1614. fol. junctim editis praefigitur, & à V. C. Chriſtiano Friderico Wiliſchio inſerta eſt incunabulis Scholae Annaebergenſis, vulgatis A. 1712. 8. p. 23. ſqq. additis notis, in qvibus & plura de Fabricio, qvem *virum ſupra famam fortunamque ſuam, laudabilem* vocat ex Caſp. Barthii Adverſar.

lib.1. cap.10. Joannes Bocerus poëmate Heroico qvo Fribergae laudes decantavit, edito Lipſiae A. 1553.8.

Hic ego te, Rivi, taceam clariſſime, cujus
Fama viget, longo nunquam peritura ſub ævo.
Hic quoque tu claras artes, ſtudiumque trilingue
Provexti, qui Rhetorica præſignis in arte
Grammaticaque potens variantia flectere verba
Et Logicæ argutos facilis diſſolvere nodos.
Hic ego Fabricium? *quem non aut Thracius Orpheus*
Vinceret aut Thamyras docto quum pectine Muſas
Pulſat & Aonium fundit per ſecula carmen.
Qui Freibergiacam produxit in arva juventam
Aoniduum, primasque levi certare Thalia
Juſſit & argutas verſus ediſcere nymphas,
Magna metalliferi penes eſt quas gloria montis.
Huic ego Pierii præſtans qui gloria fontis,
Et nova Caſtalidum qui ſurgit fama ſororum,
Non etiam tantæ ferrem præconia laudis?
Quem Phœbus lauro, Pallas decoravit oliva,
Cujus fama volat, qua noſcitur Albis & Iſter,
Caſtalios latices quique Hippocrenidis undas
Auſoniis rediens non ſolum duxit ab oris,
Sed quoque ſervavit quæcunque annoſa vetuſtas,
Ingenti ſtudio, magna inquiſivit & arte.
Hinc illi æterna modo ſtant præconia famæ,
Hunc vos aëriæ quæ ſurſum ſurgitis Alpes
Illum Ticynus, tumidisque Alpheus in undis
Hunc Arethuſa fuit toties mirata canentem,
Quem nunc Teutonicis ſenior miratur in agris
Albis, & exili vix cognita flumine Miſna.

A

A Joanne Schneidewino JCto meritiſſimo appellatur formator ingeniorum optimus & feliciſſimus, terrarum Miſnicarum ſingulare ornamentum.

In nuptias Fabricii cum Magdalena Fauſta celebratas, epithalamium *Gregorii Bersmanni* occurrit in Gruterianis deliciis poëtarum Germanorum T. I. p. 345. & *Chriſtophori Schellenbergii* T. V. p. 1314. In laurum qva Imperator ingenium ejus decoravit, *Nathanis Chytræi* carmen legitur in iisdem deliciis T. II. p. 391. Iconem viri egregii libris rerum Misnenſium præfixam hoc ornavit tetraſticho *Elias Reusnerus:*

Fabricii ex vultu doctrina, modeſtia, candor
Spirant, & fervens Relligionis amor.
Hic vir, hic, en placuit Muſis Aulisque, lepore;
Moribus, hiſtoria, carmine: corde DEO.

In beatum obitum Fabricii (qvi illi contigit Miſnae A. 1571. 13. Jul.) Lipſ. A. 1571. 4. prodierunt epitaphia, ſcripta à Viris clariſſimis *Joachimo Camerario*, *Paulo Dolſcio*, *Adamo Sibero* & aliis, edita à filio Jacobo Fabricio, Chemnicenſi cum Epiſtola *Joannis Sturmii* ad Fabricios fratres conſolatoria. Poſſunt etiam videri carmina memoriae ejus conſecrata à *Paulo Meliſſo* in ſchediaſmatum reliquiis p. 118. à *Joanne Stigelio* T. 2. poematum p. 218. b. ſeq. à *Martino Braſchio* in hodoeporico quod car-

mine ab eo ſcriptum evolvi, editum Lipſ. 1595. 8. B. 4. b. ſeq. à *Gregorio Berſmanno* T. 1. delic. poetarum German. p. 565. -- 571. & à *D. Nic. Selneccero*, in cujus epitaphiis, metaphraſi Pſalmi nonageſimi adjunctis decaſtichon in Fabricium legitur.

Matthaei Dreſſeri in eum Oratio, libro quarto ejus Rhetorices p. 990. ſq. Atque omnino triſte deſiderium ſui reliquiſſe morientem, gravi voce Theologus pius & magni nominis Hieron. Wellerus teſtatus eſt. Opp. latin. parte ult. p. 173. ubi luculentum & dignum Fabricii elogium ſtylo ſuo conſignavit. Jampridem autem nemo de illius memoria præclarius promeritus eſt quàm Vir doctiſſimus JO. DAVID SCHROEBERUS, Scholæ Afranæ Miſnenſis tunc Corrector, hodie Rector meritiſſimus Lycei Portenſis, qui vitam ejus juſto Commentario * illuſtravit, eumque pro ſuo in me amore mihi inſcripſit, Lipſiæ 1716. 8. & addenda quædam deinde inſeri curavit Miſcellaneis Lipſienbus Tomo ſexto p. 330. ſq. repetita maximam partem ex lucubrationibus rariſſime obviis *Nicolai Leutingeri*, rerum Brandenburgenſium ſcriptoris præcipui, qui Fabricio Doctori ſuo plura ſe debere libenter ſemper fuit profeſſus. Nonnulla etiam

* Acta Erud. Latina A. 1717. p. 93. & Germanica parte XLVII. T. 4. p. 825.

etiam de illo annotavit, Antonium Clarmundum ſive Joannem Chriſtophorum Rudigerum emendans V. C. Theodorus Cruſius in ſyntagmate ** amœno atque erudito quod Germanice, Lipſ. 1713. 8. vulgavit, parte 2. p. 82. ſq.

Petri Victorii Epiſtola ad Fabricium exſtat in ejus Epiſtolis ad Germanos p. 77. Fabricii Epiſtolas nonnullas vulgavit nuper viro ingenio & doctrina præſtans Jo. Chriſtophorus Colerus in diſſ. de Bohuslao Haſſelſteinio, Witeb. 1719. 4.

De *Poematum* ejus editionibus vide ſis Jo. Friderici Felleri τȣ̃ μακαρίτȣ monumenta varia inedita, trimeſtri VIII. pag. 475. & accuratum Schreberi ſtudium, p. 190. ſq.

Prior poematum ſacrorum ἔκδοσις unico Volumine in 12. Baſil. 1560. tantum XV. libros complectitur: altera ibid. 1567. 8 in duas diviſa partes, habet libros XXV. atque in his *Librum Triſtium* ſive *Tumulorum*. Nonnulla Fabricii Carmina à Jano Grutero inſerta ſunt Tomo tertio deliciarum Poetar. Germanicorum. *Itinera* ſex, carmine ſcripta exhibet etiam in ſua hodœpericorum poeticorum collectione Nicolaus Reuſnerus, Baſil. 1580. 8. *Epigrammata* de pugna inter Mauritium Saxoniæ Ducem & Albertum Brandenburgicum,

 Si-

** Vergnügung müſſiger Stunden.

Simon Schardius, T. 2. ſcriptor. Germanicorum, Baſil. 1574. fol.

Roma Georgii Fabricii lucem vidit etiam Amſt. 1657. 12. & Helmſt. 1670. 4.

Saxoniæ illuſtratæ libri IX. cum additione duorum librorum, per Jacobum Fabricium, filium Lipſ. 1606. fol. In altero volumine exſtant libri VII. rerum Miſnicarum. 1609. fol.

Jo. Philippus Verburgius T. 1. Hiſtor. Germanicæ p. 18. reprehendit Georgium Fabricium, ut *falſarum Originum ludibria de Miſnianis ſuis* prodentem. Sed p. 381. & 565. illud retractat atque Reineccio Viro & ipſi præclare de Hiſtoria Germanica promerito inſultans agnoſcit Fabricium *egregie ſua perſecutum eſſe.*

Crediderim Conradum Janningum quoque, ſi naſum ſuum potius quam ſectam vel præjudicium voluiſſet conſulere, minus acerbæ cenſuræ ſuæ ſubjecturum fuiſſe *Annales* Fabricii *Miſnenſes* T. 6. Act. Sanctor. Junii p. 55. 56. Prodiere Annales illi primum Lipſiæ A. 1569. 4.

Siffridum Miſnenſem, quem Fabricius edidit, floruiſſe conſtat circa A. C. 1307. in quo Chronicon ejus deſinit, recuſum Tomo 1. ſcriptorum rerum Germanicarum Joannis Piſtorii, nuper iterum prælis ſubjectarum. Confer Petri Albini Chronicon Miſnenſe p. 334. & Caſp. Sagit-

ta-

tarii introductionem in Hiſt. Eccleſ. T. I. pag. 76.

In Scriptoribus antiquis tractandis *Virum accuratiſſimum* vocat Fabricium noſtrum elegantiſſimus Broekhuſius ad Propertium, p. 404. edit. ſecundæ. Varietas Lectionis atque emendationes in *Ovidium* de Ponto & Triſtibus recuſæ ſunt Lipſiæ 1610. 8. Laudat Victor Giſelinus in Epiſtola qua Metamorphoſes Poetæ Sulmonenſis à ſe recenſitas Georgio Fabricio dedicavit, Antwerp. 1566. & T. IV. edit. Burmannianæ, p. 207.

Cornelius Fronto aliique de proprietate & differentia Latini ſermonis, curante Jacobo Fabricio filio, Lipſ. 1610. 8.

Notæ in *Prudentium* recuſæ etiam in editione Prudentii Weitziana.

Cum diſſertatione de Carminum apud *Senecam Tragicam* generibus, prodiit quoque *Lectionum in Seneca Tragœdiis diverſitas*, & *Epiſtola de uſu Tragœdiarum*.

Hiſtoria Sacra Libri X. prælo ſubjecti etiam Lipſiæ 1583. 8. & cum Mitternachti notis (non Gieſſæ ſed) Geræ 1669. 8. tum Leucopetræ 1587. 8. Norimbergæ 1683. 8. 1703. 8. & Germanice, Joanne Meurero, Scholæ Collega interprete, Gryphiswaldiæ 1616. 8. 1627. 8. & per Matthiam Flachſelandium, Francof. 1674. 8. Fabricii veſtigiis inſiſtere etiam ſe profitetur David Ulman-

mannus, Aſcherlebienſis Scholæ Rector in hiſtoriæ ſacræ ac profanæ ſynopſi A. 1675. publici juris facta.

De re Poetica libri VII. Lipſ. 1574. 8. Pariſ. 1584. 12.

Antiqua ſchola Chriſtiana puerilis, Baſil. 1565. 8. addita nova ſchola à Thoma Fabro.

De epithetis recte adſcribendis, Baſil. 1612. 8.

De Syntaxi partium Orationis apud Græcos, Colon. 1564.

Partitiones Grammaticæ, tabulis delineatæ. Baſil. 1560. fol. Gregorii Bersmanni carmen in tabulas Grammaticas Georgii Fabricii, in deliciis Poetarum Germ. T. 1. pag. 498.

Elegantiæ Romanæ, Lipſ. 1559. 8. Leodii 1667. 8.

Elegantiæ pueriles è Ciceronis Epiſtolis cum Italica verſione ab Alfonſo Ciacconio, Rom. 1601.

De metallicis rebus ac nominibus obſervationes variæ, cum Georgii Agricolæ opere de rebus foſſilibus, Baſil. 1565. 8.

2. GEORGIUS FABRICIUS, Georgii Chemnicenſis, de qvo jam dixi filius.

3. GEORGIUS FABRICIUS, Eccleſiaſtes Briegenſis in Sileſia. Extat ejus *Refrigerium animæ*, ſive *conciones in Pſalmum XXIII.* Germanice editæ A. 1632. 4. De eo Jo.

Jo. Henricus Cunradus in Silesia togata p. 69.

Conjunxi Muſis Martem, dein Caſſovienſi
Denique Bregeæ Paſtor in æde docens.

Natus fuit Falckenbergæ Adamo Fabricio & Eva Zindelia genitoribus 3. April. 1575. Concionator primum aulicus Principis Teſchinienſis, Adami Wenceslai, deinde Eccleſiæ Caſſovienſis, deniqve parochialis Brigenſis Paſtor & Senior, obiit Briegæ ſive Bregæ 13. Octobr. A. 1640.

4. GEORGIUS FABRICIUS Palatinus, in qvem Paulus Meliſſus in reliqviis ſchediaſmatum poeticorum p. 19.

5. GEORGIUS FABRICIUS Sleswicenſis, Jacobi qvi Hamburgi ad S. Jacobi Paſtor fuit, & deqvo infra, filius, ſcholæ Lubecenſis * A. C. 1614. ſubrector: hinc A. 1615. in locum Joannis Huswedelii electus Conrector ſcholæ Johanneæ Hamburgenſis, introductus 29. Nov. Deinde A. 1620. Archidiaconus Weſſelburenſis in Dithmarſia, deniqve in Eiderſtadenſi tractu Paſtor Eccleſiæ Popenbuttelenſis obiit A. 1631. æt. 41. Hujus uti fratrum qvoqve Philippi ac Joannis Adolphi (de qvibus ſuo loco) ſchediaſmata complura ſacra, poëtica, Oratoria in Joannis Molleri, τȣ̃ μακαρίτȣ Cimbria lit-

* Vide V. C. Henrici van Seelen Athenas Lubecenſes parte III. p. 137.

litterata MS. referuntur. *Oratio de ſuſpicione* Roſtochii A. 1613. recitata, prodiit Hamb. 1614. 4. *Gratulatio ad duos Conſules*(piæ memoriæ Seb. à Bergen & Jo. Wetichium) *ac quatuor Senatores*, ibid. 1614. 4. *Oratio conſolatoria* ad Georgium à Wiſch, Præfectum Eiderſtadienſem de morte uxoris, Magdalenæ Seeſtadiæ. Sleswici 1626. 4. *Speculum boni Paſtoris*, ſive Oratio panegyrica piis manibus *Oswaldi Sledani*, Superintendentis Roſtochienſis, Witeb. 1614. 4.

6. GEORGIUS FABRICIUS Solitarienſis, cujus *ſcoriarum poëticarum minutiæ* à filio Johanne editæ Oppenheimii 1611. 8. Patrem Eberhardum defunctum lugent p. 123.

7. GEORGIUS FABRICIUS Walterhuſanus, Reip. Ohrdruvienſis Syndicus *diſſertationem* inauguralem *de collegiis Opificum* ſub D. Erneſto Friderico Schrœtero habuit Jenæ 1655. 4.

8. GEORGIUS FABRICIUS, Windecenſis, ſubſcriptor Synodi Dordracenæ.

GOTFRIDUS FABRICIUS, Leodius, de qvo Centuria priore, Philoſophiam ac Jura primum Lovanii, deinde inter Monachos Franciſcanos nomen profeſſus ſuum, in eadem Academia atqve inde Mechliniæ ſacras litteras docuit, deniqve poſt luſtratas Hiſpanicas, Gallicasqve Academias, Ingolſtadium vocatus, Acta Apoſto-

ſtolorum ibi prælectionibus publicis dilucidavit. Vide Valentinum Rotmarum libro de Ingolſtadienſis Academiæ Profeſſoribus & Jo. Engerdi Bibliothecam Ingolſtadienſem A. 1581. 4. editam p. 166. ubi & videbis nomen Fabricii non tuliſſe eum à Patre qvi *Matius* appellabatur, ſed ab avunculo à qvo fuit adoptatus, GOTFRIDO FABRICIO, Canonico Leodienſi.

GOTTLIEB FABRICIUS, Vir egregius, Paſtor Eccleſiæ Lutheranæ Kahrenſis in tractu Cotbuſenſi ditionis Regis potentiſſimi Boruſſiæ. Huic debemus in linguam *Venedorum*, translatum *Hymnarium*, Teutſch und Wendiſch Geſang-Buch, Budiſſin. 1710. 9. Deinde eadem lingua *Catechiſmum* & *Novum Teſtamentum* ibidem vulgatum in 8. Et *Pſalmis* quoque in linguam Venedicam vertendis inſudaſſe comperi. Vide Celeberrimi Viri Danielis Erneſti Jablonsky Epiſtolam de Venedis, inſertam Diario eruditorum Londinenſi, Memoirs of literature, T. IV. A. 1714. p. 192. & Thomæ Brayi ſyllogen Epiſtolarum de ſcribendo Martyrologio Proteſtantium & de memoriis perſecutorum Eccleſiæ Chriſtianæ conſignandis quam edidit Londini 1714. fol. p. 30. ſeq.

FABRICIUS de GRAVINA, è Marchionibus Francofontis qui vixit poſt A. C. 1607. Vide Franciſcum Baronii ac Man-

fre-

fredis de Panormitana Majeſtate lib. 3. c. 11. p. 361. ſeq. T. 13. Theſauri Siciliæ. Nobilem Panormitanum vocat Antonius Mongitor T. 1. Bibl. Siculæ p. 215. ubi de filio Franciſco Gravina.

GVALTERUS FABRICIUS, cui Bernardus à Rey, JCtus, dicavit latinam ſuam verſionem promtuarii Harmenopuli typis exſcriptam Coloniæ 1566. 8.

FABRICIUS GVARDATI, Doctor & Nobilis Surrentinus in Regno Neapolitano, ſcripſit *Repertorium* ſive *Concluſiones feudales* ex Andreæ de Iſernia commentariis in uſus Feudorum alphabetica ſerie collectas, Neapoli 1639. fol.

FABRICIUS GVASTAFERRI, cujus *quinque Epiſtolæ* * de variis rebus Phyſico Mathematicis, Meteorologici, Geometrici & Mechanici argumenti ad Jo. Franciſcum Salitum prodiere Italice, Romæ 1668. 8.

Ejusd. *Nuova bilancia de' liquidi* in Diario Eruditorum Romano, A. 1669. p. 71. & *Oſſervationi intorno al peſo di diverſe aque*, in eodem Diario, A. 1672. p. 63.

GVIDO FABRICIUS (aliis *le Feure*, aliis *Feubure*) BODERIANUS, de quo centuria priore. Laudatur à Theodoro Eberto in Elogiis JCtorum & Politicorum centum illuſtrium, qui in Germania, Gallia, Hi-

* Giornale de' letterati di Rome, Ao. 1668. p. 34.

Hiſpania alibique linguam Hebraicam & propagines ejus cæteras Orientales auxerunt & promoverunt, Lipſ. 1629. 8. In *verſione Latina, Novi Teſt. Syriaci* nonnullas ejus hallucinationes correxit Gabriel Sionita in Bibliis magnis polyglottis Pariſienſibus. Vide & Leonis Allatii σύμμικτα T. 1. p. 300. ſq. *Interpretationem Latinam libri Severi Antioch. de ritibus Baptiſmi & ſacra Synaxeos apud Syros*, locis quibusdam caſtigat Rich. Simon in Bibliotheca Critica Gallice edita T. IV. Epiſtola 6. Non omittendum quod idem Guido plura ſcripta in *Gallicum* idioma tranſtulit, *ex Latino* quidem Marſilii Ficini librum de Veritate Religionis Chriſtianæ, Pariſ. 1578. & Pici Mirandulani de dignitate hominis, ibid. *Ex Italico* Joannis Andreæ confuſionem ſectæ Muhamedanæ (quam Hiſpanice primum Auctor ſcripſerat) Pariſ. 1574. & Marſilii Ficini ſive Pici potius commentarium in ſympoſium Platonis, Pariſ. 1578. Adi Bibl. Gallicam Crucimannii p. 133. ſeq. & 428.

De tribus GVILELMIS FABRICIIS Pictavienſi, Noviomago & Hildano in eadem priore centuria dictum eſt. Secundi, Noviomagi ſcriptis addenda Iſagoge in enarrationem S. Leonis Magni de paſſione Dominica, Lovanii 1610. 4. De Guilelmi Fabricii Hildani, Medici ac Chirurgi celeberrimi, vita ac ſcriptis diligenter ac co-

pioſe nuper peculiari ſchediaſmate commentatus eſt Vir celeberrimus D. Chriſtianus Polycarpus Leporinus, edito Germanice, Quedlinburgi 1722. 4.

HENRICOS quoque FABRICIOS tres priore centuria retuli. Primus eſt Aquenſis, Chorepiſcopus Spirenſis ſive Epiſcopi in functionibus Eccleſiaſticis vicarius, à quo non diverſum puto Henricum Fabricium Moſemannum, ex cujus *Compendio Hiſtoriæ Mundi* locus affertur in ſupplemento ad Dictionarium hiſtoricum Bælii p. 269. edit. Genevenſis. Ejusdem Vitæ Sanctorum cum auctario Valentini Leuchtii recuſæ, Colon. 1616. & 1625.

De HENRICO FABRICIO, Tabernaemontano adde quod Hornbaci (quod Palatinatus eſt opidum,) Rectura Scholæ abiens reliquit hexaſtichon, quod ita ſe habet:

Hac Rectoratus inſignia figo tabella,
Has honor ad tabulas pendet onusque meum.
Ad tabulas, inquam, quarum tenet altera leges,
Alteraque officii penſa diurna mei.
Vos huc, Collegæ, celeri contendite curſu,
Cui tabulæ cedent, illico Rector erit.

Epigrammata ejus centum recuſa cum Owenianis ſunt Francof. 1614. 12.

Fuit & quartus HENRICUS FABRICIUS, Georgii Fabricii Chemnicenſis filius, idem ni fallor cujus epithalamium in nuptias

nuptias M. Georgii Mauritii Noribergenſis & Metaphraſin Pſalmi CXXVII. vidi excuſam Witebergae 1569. 4.

HERMANNUS FABRICIUS, cujus Encomium Poeticum Academiae Marpurgenſis memini me evolvere editum in 4.

HIERONYMUS FABRICIUS ab Aquapendente, Chirurgus & Anatomicus inclytus Patavinus. De hoc in centuria priore, ſed ibi expungendum Caroli Patini nomen, hic enim de Hieronymo Fabricio non meminit, de quo conſuli poterunt Antonius Riccobonus de Gymnaſio Patavino lib. 2. c. 39. T. 6. theſauri novi Italiæ parte 4. p. 61. Jo. Philippus Thomaſianus in elogiis Patavinis, A. 1630. 4. editis p. 313. ſeq. ubi etiam Fabricii icon ære deſcripta occurrit. Hieronymus Ghilinus in theatro Virorum eruditorum p. 226. Andreas Otto Gœlike in Hiſtoria Anatomiæ p. 82. & in Hiſtoria Chirurgiæ pag. 214. ſq. Jacobus Duglas in Bibliographiae Anatomicae ſpecimine &c. *Opera* ejus *Anatomica* prodierunt noviſſime curante celeberrimo D. Joanne Bohnio, Lipſiae 1687. fol. Opera Chirurgica Germanice verſa, Joanne Sculteto, Medicinae D. interprete Norimb. 1716. 4. Tantum ſibi gloriae ab hoc viro vindicat patria, Tuſciae civitas, à qua *Fabricium Aquapendentium* Conringius appellat, ut exſtet diſtichon:

Martia Fabricio jactat ſe nomine Roma,
Pendula Fabricios tu quoque gignis Aqua.

HIERONYMUS FABRICIUS, Medicus Auguſtanus. Etiam de hoc, centuria priore.

IACOBOS FABRICIOS, quindecim hoc loco juvat diſtinguere. Sunt enim:

1.) IACOBUS FABRICIUS, Chemnicenſis, Georgii celeberrimi frater minor natu non diu poſt eum defunctus A. C. 1572. die 19. Martii, Rector Scholæ Hallenſis in Saxonia, de quo B. Godofredus Ludovici in hiſtoria Rectorum & Gymnaſiorum Scholarumqve celebriorum parte 2. p. 59. ſq. Ejus *Odam in urbem Memmingam* ſcriptam A. 1554. refert Martinus Cruſius in Germano Græcia p. 219. Georgii Fabricii Obſervationes poſtremæ de metallis, præmiſſa Jacobi fratris *Epiſtola ad Joannem Kentmannum* Medicum Torganum prodierunt Witeberg. 1612. 8. ad calcem librorum Georgii Agricolæ de rebus ſubterraneis ac metallicis. Ejusdem *Jacobi Euphemia* theſauro Baſilii Fabri præmiſſa A. 1571. Conradus Porta Oratione de Andrea Fabricio: *Jacobus iſte Fabricius in Germania, Gallia & Anglia nobiles juvenes Ebelebios & plures alios magno cum fructu inſtituit, & tandem in Salinis Saxonicis* (Halæ Saxonum) *usque ad mortem ſtudiis juventutis plurimum profuit.* Petrus Albinus in Chronico Miſnenſi p. 364: iſt für=

un=

andern beruffen geweſen, dieweil er nicht allein Italien, wie ſein Bruder Georgius, ſondern auch Gallien und Belgien, ſtudirens halber durchzogen. Plura in ejus laudem Nathan. Chytræus, Barbaræ Fabriciæ filius p. 300. ſeq. 307. poem. & Gregorius Berſmannus poem. p. 255. & in deliciis poetar. German. p. 590.

2.) IACOBUS FABRICIUS, Georgii filius & 3.) Phyſices Profeſſor in Academia Hafnienſi A. 1540 de qvibus centuria priore.

4.) IACOBUS FABRICIUS Gedanenſis, Arnoldi Fabricii, Reip. Conſulis filius, Eccleſiaſtes & Rector Gymnaſii, Anno muneris Rectoralis fere quinquageſimo, ætatis duodeoctogeſimo defunctus A. 1629. De illo præter laudatos à me priore centuria, Ephraim Prætorius in Athenis Gedanenſibus p. 42. ſq. & Andreas Charitius de Viris doctis Gedani ortis p. 53. ſq. Scriptis ejus adde brevem explicationem precationis ſacerdotum Lutheranorum contra Calvinianos, Freiſtadii 1617. 4. & Defenſionem emendatæ Auguſtanæ Confeſſionis 1621. 4. Quod vero ipſe ſit auctor brevis relationis de Religione Reformatorum in Boruſſia, ſive Confeſſionis doctrinæ Civitatum quarundam Boruſſiæ, Han. 1603. 4. profitetur ipſe in parte 2. anti Coleti pag. 723. 727. & parte 1. p. 71. 87.

4.) IACOBUS FABRICIUS, Paſtor

ad S. Jacobi Hamb. & deinde Superintendens Generalis Sleſvicenſis, Vir ſingularis, de quo Rev. Jo. Melchior Kraft in hiſtoria Eccleſiaſtica Huſumenſi Germanice edita Hamb. 1723. 4. p. 366. ſq. Lebens-Beſchreibung Herrn M. Jacobi Fabricii, Senioris, als des andern Reformatoris und Reſtauratoris der Kirchen und der Evangeliſchen reinen Lehre in dieſem Lande. Vide ſis etiam Nobiliſſ. Andream Hojerum, in Compendio accurato Hiſtoriæ Danicæ p. 387. ſq. Præter pauca illa quæ de hoc centuria priore retuli, notabis, quod ſeptem filios ex eadem ſuſceptos uxore Theologiæ ſtudio univerſos deſtinavit, e qvibus unicus ternera ætate ex hac vita deceſſit, cæteros ſex omnes Pater Jacobum, Philippum, Georgium, Jo. Adolphum, Joannem & Petrum vidit Eccleſiarum Paſtores: qvatuor ex illis eodem die A. 1613. Roſtochii ſummos in Philoſophia honores Academicos ſive axioma Magiſtri à Decano Jo. Kirchmanno indepti fuerant, ut refert Jo. Micrælius epicedio qvod Stetini A. 1645 ſcripſit in exeqvias junioris *Jacobi Fabricii*, Georgii F. Jacobi Nepotis, qvi in flore ætatis alumnus Gymnaſii Stetinenſis obiit. Scripſit avus *Progymnaſmatum Theologicorum* pro Miniſterii in ducatibus Slesvicenſi & Holſatico Candidatis inſtitutorum *Agones Generales XLI.* Slesvici A. 1603--1607. 4. 1615. 4. *Agones ſpeciales XXIV.* ibid. 1603 -- 1607. 4.

Pro-

Progymnaſmatum Theologicorum Hamburgi propoſitorum *Agones XIV*. Hamb. 1615 4. *Sylvularum Theol. Miſcellanearum* è variis ſcriptoribus collectarum & ad συζητήσεις ſacras propoſitarum *centurias duas*; indice præfixo ad ordinem certum locorumqve Methodum revocatas. Hamb. 4. *Litaniarum publicarum Cimbriæ Ducalis* ab A. 1599. ad 1610. & denuo ab A. 1616. ad 1640. qvotannis inſtitutarum *diatypoſes* ſingulis annis editas ſeorſim. Slesvic. 8. *Summam* Chriſtlicher Lehre. Slesvic. 1602. 8. Von JEſu Chriſti heiligen hochwürdigen Abendmahl Gottſeelige und Chriſtliche Erinnerungen. Hamb. durch Paul Langen, in Verlegung Jürgen Wolders 1614. 8. *Acta* Germanice ſcripta ἀνέκδοτα *colloquii in curia Slesvicenſi habiti cum Mennoniſtis & Anabaptiſtis Eiderſtadienſibus* d. 13. 14. 15. & 16. Septembr. A. 1608. & excepta à Notariis ſereniſſimi Ducis, edi in lucem optat Jo. Chriſtianus Blumius in Jubilæo Theologorum emeritorum p. 80. Ea fuerunt MSta Flensburgi apud V. C. Jo. Mollerum. Vide ejus Iſagogen in Hiſt. litterar. Cherſoneſi Cimbricæ parte 2. c. 5. p. 112. 113. 114. Alia MSta complura de Actis Cimbriae Ducalis Eccleſiaſticis ipſo Antiſtite geſtis aliqva idem Mollerus ipſe aſſervat, plura vero in Jo. Mothii & Othonis Sperlingii Bibliothecis Hafnienſibus, uti & amicorum aliorum Holſaticis poſtqvam ab heredibus fuere diſ-

ſtipata, locum inveniſſe, ab his ſe edoctum laudatus Mollerus teſtatur. Exſtat etiam ejus ſcriptum Germanice editum hoc titulo: Bericht wegen einer ſonderbahren Wohlthat, ſo GOtt der HErr an ihm gethan. A. 1640. qvod ſcriptum recudi curavi tomo tertio Mem. Hamb. 1711. 8. Exhibet id etiam Rev. Jo. Melch. Krafft in Huſumiſchen Jubel-Denckmahl p. 416. In hoc ſcripto narrat Fabricius ſe A. C. 1623. (ætatis ſuæ tertio & ſexageſimo) correptum eſſe graviſſimo morbo, ita ut de vita Medici deſperarent, ſolus ipſe non quidem in humano auxilio ſpei quicquam reponeret, tamen vitæ ſibi prorogandæ flagrans deſiderio, fiduciam haberet ab auctore vitæ DEO precibus hoc ſe poſſe beneficium impetrare. Itaque quam ardentiſſima oratione ad eum fuſa Hiskiæ inſtar vitam rogavit, nec aliter quam Hiskias exauditus eſt. Refert certe ſe in ipſo illo orationis fervore tanta eſſe perfuſum laetitia ſpiritus, tamque certa fiducia opis divinae & adjiciendorum * quindecim adhuc annorum vitae à precibus ſurrexiſſe, ac ſi ex ore DEI ipſius fidem ſibi hujus rei dari auribus ſuis percepiſſet. Mox etiam levari morbus, aegrotus

* Anaſtaſio Imp. contra in ſomno Angelus: ἰδὲ διὰ τὴν ἀπληςίαν σε ἀπολείφω ιδ. *Ecce propter tuam inexplebilem avaritiam deleo XIV. annos.* Chron. Paſchale p. 330.

tus vires colligere & cum valetudine in gratiam redire, atque in integrum convaleſcere iterum cœpit. Obſtrinxit inde ſe voto vir tam provectae aetatis & tribus jam annis major ſexagenario, ſe publico ſcripto hanc gratiam Divinam celebraturum, quando annos illos quindecim adhuc exigere ſibi licuiſſet. Hos igitur cum vivendo poſtea non attigiſſet modo ſed etiam ſuperaſſet, iſtud ipſum ſcriptum in lucem edidit, atque ita ſe ſe exſolvit voto, nec diu poſt eodem anno 1640. die 5. Nov. Sleſvici in Domino obdormivit, ſucceſſore relicto filio cognomine, quem per plures annos jam optionem vivus habuerat.

Nicolaus Scribonius, Osnabrugo Weſtphalus luſuum Gottorpicorum juvenilium anagrammaticorum, excuſorum Schleswigæ 1634. 8. libro II. p. 42. hoc in ejus nomen exhibet anagramma:

Magiſter Jacobus Fabricius aulæ Gottorpienſis Concionator & Eccleſiarum adjacentium Superintendens:

En Germaniæ, en totius orbis ingens nomen ac decus, Cimbriæ Ducis pectus, ita fatalis tua hora procul erit, o ſit.

Germanæ decus es terræ, totius & orbis
Nomen es, & tituli magnus honore tui.
Cimbrorum pectus Ducis es, Te Cimbria pectus
Te cor, paſtorem, Te vocitatqve patrem.

Te, venerande Pater, Senior venerande: ſuperſtes
Vivito Neſtoreos, Methuſulæqve dies.
Hora procul fatalis erit, tam ſpondet Apollo
Tuqve Demorgogenis filia parce ſeni.

6.) JACOBUS FABRICIUS, ſuperioris filius & ſucceſſor A. 1645. defunctus, cujus vitam exhibet laudatus Kraſtius p. 294. ſqq. Edidit *litanias publicas in textus feriarum A.* 1641--1644. *pœnitentialium Biblicos*, Slesvici, 8. *Sermonem funebrem*, dictum *in exequiis Jo. Nannii*, civis Londinenſis, ad Eſaiae LVI. Hamb. 1616. Germanice. Hujus etiam puto eſſe verſionem Apologetici Eunomiani, qvam edidi Volumine VIII. Bibl. Graecae p. 263. atqve inde recudendam dedit vir celeberrimus Julianus Garnerius, in appendice ad T. 1. Operum S. Baſilii, p. 618. ſq. Pariſ. 1721. fol. Loca qvaedam emendata â V. C. Claudio Cappernoerio extant in nova editione Lectionum antiqvarum H. Caniſii Baſnagiana T. 1. p. 767. ſq. Amſt. 1725. fol.

7) IACOBUS FABRICIUS, Slesvicenſis, Iacoborum de qvibus jam dictum filius & nepos, * ſub inclyto Roſtochienſium Theologo Auguſto Varenio A. 1663. diſputationem publicam habuit ad locum Za-

* Frater Jacobi hujus fuit Everhardus Fabricius, natus Slesvici 1642. 29. Maji & Helmſtadii ubi ſtudiorum cauſa erat

Zachariæ X. 9. 10. & à Præſide celebratus his elegis, quos una cum notis ejusdem Varenii adſcribam:

Fabricios jactet Medicos celeberrima Roma,
Fabricios habuit Cimbrica Theologos.
Magnus AVUS, a) *ſancto GENITOR* b) *celeberrimus ore*
Cimbrorum fuerant gloria prima chori.
Quorum ſuggeſtus tremuit ſub Numine quondam
Et viſa eſt pariter porticus ipſa loqui,
Dum tonitru quatiunt templa omnipotentis Olympi
Et Zebedaidæ fulminis c) *inſtar habent.*
Tu ſequeris geminos pretioſe Jacobe Jacobos,
Nomine quos factis hos imitaris avos.
Indole, doctrina, vita & virtute propago
Clara, Patrum ſtudiis exprimis ora tuis,
Et nunc Maſchiach cœlorum nobile Zemach
Et Vatis per te pagina tota calet.
Ne poſſit puduiſſe patrum: tu fulminis hæres
Præludis Roſeis Cimbrica fata Scholis.
Non

erat, in flore ætatis ipſo natali die correptus febre & 15. Jun. 1661. extinctus. Vide Rev. D. Juſti Chriſtoph. Bochmeri Inſcriptiones Helmſtadienſes p. 71. ſq. Alter frater Fridericus.

a) M. Jacobus Fabricius per 50. annos apud Seren. Slesvic. & Holſat. Duces Concionator Aulicus, Præpoſitus Superint. General. cui ſucceſſit Filius nominis & dignitatis hæres.

b) M. Jacobus Fabricius d. 24. April. anno 1645. mortuus.

c) Jacobus Zebedæi Filius dictus *Filius tonitru*, Marc. III. 17.

Non hoc Sperlingi Affinis cenſura potentis
(Quem tantum dederat cura Paterna Patrem)
Non hoc Reinbothi nobis venerabile nomen,
Non hoc Mauritius, triga verenda, neget.
Quos precor ut ſervet populis Clementia cœli,
Et ſeri ſtellas quas meruere petant.
Ille d) *potens ſignis quæ geſſit Avusq; Paterq;*
Hic nunc in cathedra conſpiciendus Avi, e)
Sed quem mox pietas in priſtina regna vocavit
Auguſtæ, & labaro reddidit ipſa ſuo.
His nunc, ne dubitet quiſquam f) *tres eſſe Jacobos,*
Adde tuum Nomen quod potes, adde decus.

8.) JACOBUS FABRICIUS, Medicus Roſtochienſis & poſtea Regum Daniæ Chriſtiani IV. & Friderici III. Archiater. Dictis de hoc in Centuria priore, adde quod in Actis Academiæ Roſtoch. MSS. celebratur quod A. 1629. in publica calamitate cum Albertus Waldſteinius, Friedlandiæ Dux infinitis exactionibus civitatem in quartum usque annum miſere vexaret &c.

d) Celeberrimus D. Reinboth anno 1645. ſucceſſit duobus Fabriciis in Epiſcope Generali Holſatiæ &c.

e) Duce Holſat. Joanne Adolpho exc. record. abiit ad Hamburgenſes factus ibid. Paſtor Eccleſ. Jacob. unde poſt mortem Ducis revocatus in Holſatiam ab Auguſta vidua.

f) An præter duos Jacobos ἐκ τῶν δώδεκα detur tertius dictus frater Domini, & adeo tres Jacobi ſint, vide Marc. Anton. de Dominis l. 2. de rep. Eccl. c. 2. §. 44. *Hæc B. Varenius.*

& ad incitas redigeret, ſua ſedulitate in arte Medica primus obtinuit, ut Civibus Academicis parceretur, *ut ab horridis militum injuriis mediocriter tuti vixerint & mirabiliter ſervati fuerint.* Programmata hujus Fabricii extant in Actis Jubilei Academiæ Roſtoch. editis A. 1619. 4. p. 12. 291. 311. & 480. Andreæ Tſcherniugii Panegyricus memoriæ ejusdem dicatus prodiit Roſtoch. 1653. fol. Vide & Friderici Thomae Analecta Guſtrovienſia parte 2. Biograph. p. 138. Joachimi Mantzelii gloriam Academiæ Roſtochienſis ex Profeſſoribus longaevis, Roſtoch. 1706. inter Medicos: Thomae Bartholini Carmina p. 48 ſq. & Petri Joannis Reſenii inſcriptiones Hafnienſes p. 111.

9.) JACOBUS FABRICIUS, Profeſſor in Academia Gryphiswaldenſi, qui A. 1572. connubio ſibi junxit Gertrudem D. Iacobi Rungii Theologi celebris filiam.

10.) JACOBUS FABRICIUS, Joannis Fabricii Montani pater, centenario major defunctus Tiguri, quem epicedio decorat filius p. 21. poematum, ubi inter alia:

Ut te chare parens noſtri pia cura ſubegit
Longinquas tentare vias, natalia quando
Mœnia liquiſti nuper, centeſima quamvis
Longævo tibi jam vitæ procederet æſtas.

11.)

11.) JACOBUS FABRICIUS, Hamburgenſis, filius Jo. Adolphi Fabricii Eccleſiaſtae ad D. Jacobi, de quo infra. Vidi ejus Epicedia quaedam latina, ut in Johannem Scholvinum Paſtorem Buxtehudanum, Hamb. 1642.

12.) JACOBUS FABRICIUS, Holſatus, Georgii Fabricii Slesvicenſis, de quo ſupra, filius. Vidi ejus Epicedium latinum in affinis ſui Weſſeli Beveri funus editum, Hamb. 1642.

13.) JACOBUS FABRICIUS, Rector Scholae Pegavienſis in Miſnia, qui Senatui Epiſcopowerthenſi Chronica illius oppidi A. 1605. obtulit, ut teſtatur Chriſtianus Heckelius ad Michaelis Puſchii Hiſtoriſche Beſchreibung der Stadt Biſchoffswerde, Dresd. 1713. 4. p. 290.

14.) JACOBUS FABRICIUS, Harlemenſis qui ſub Jo. Hoornbeckio habuit Diſpp. Theologicas de Conſociatione Evangelica Reformatorum & Auguſtanae Confeſſionis, Lugd. Bat. 1663. 4.

15.) JACOBUS FABRICIUS Coslino Pomeranus, Superintendens Generalis, de quo Joannes Micraelius, ſororius ipſius in ſyntagmate Hiſt. Eccleſiaſticae p. 749. Ejusdem ſupremum Officium Jacobo Fabricio præſtitum prodiit Stetini 1654. 4. Erdmannus Uhſenius im Leben der Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI.

und

und XVIIten Sæculi p. 613. ſq. & Philippus Lansbergius in Guſtavi Adolphi magni bello Germanico p. 497. Ex ſcriptis ejus priori centuria à me recenſitis expungengendus liber cui titulus: Gottſelige Erinnerung vom Heil. Abendmahl, is enim eſt Jacobi Fabricii, qui Paſtor Eccleſiae Hamburgenſis fuit. Viciſſim illis recte addes hunc qui inſcribitur: Prophetiſche und Apoſtoliſche Buß-Glocke, in VIII. Predigten, Stetini 1623. 4. Ejusdem XXXI. Krieges-Fragen, Stetin. 1630. 12. Controverſiam de Viſionibus tractare, illisque aliquid tribuere cœpit occaſione jactatarum ab Hermanno Hudeno, Jo. Warnero, Jo. Reichardo & Davide Oppenio Luſato, de quibus vide ſis Petri Jænichii Luſatiam literatam, in celeberrimi D. Chriſt. Gotfridi Hofmanni ſcriptoribus rerum Luſaticarum T. 2. p. 349. De eadem controverſia conſules Jo. Molleri, ſaepius jam laudati mihi introductionem in hiſtoriam Cherſoneſi Cimbricae parte 3. p. 480. ſq. & Rev. Caſparis Henrici Starckii Hiſtoriam Eccleſiæ Lubecenſis, editam Germanice p. 846. ſq. 875. ſq. 1024. ſqq. Theologorum Witebergenſium Cenſura Probationis Viſionum Fabricianæ exſtat in eorum Conſiliis T. I. p. 704. ſeq. Probatio illa, Germanice ſcripta ab auctore, etiam Gallice lucem vidit Amſt. 1657. 8. *Preuves des Viſions.* Oppugnavit eandem ſen-

ſententiam *D. Tobias Wegnerus* in Bedencken von Jo. Warners viſione, Heilbron. 1642. 4. & in alio ſcripto cui titulus Ehren-Rettung ſeines über die angegebene Warneriſche viſionem publicirten Theologiſchen Bedenckens, Tubing. 1648. 4. tum *Sebaſtianus Meierus* cui *Io. Micrælius* oppoſuit. Demonſtrationem innocentiae D. Fabricii adverſus M. Sebaſt. Meierum cum hiſtorica Controverſiarum de viſionibus extraordinariis relatione, Stetin. 1648. 4. B. Iac. Stolterfothi Conſiderationi *Io. Brocæwedelius* oppoſuit Conſiderationis Stolterfothianae Conſiderationem A. 1650. 4. Ejusd. Stolterfothi Wiederhohlung der Streitigkeit von Geſichtern, 1649. 4. Fabricius diſcuſſionem nugarum Stolterfothianarum, Stetin. 1649. 4. De altero ejusdem Stolterfothi ſcripto, nothwendige Wahrheit und Ehren-Rettung, vide Diarium Theologicum Dresdenſe, fortgeſetzte Sammlung von Alten und Neuen, A. 1722. p. 392.

Sub IACOBI COSMÆ FABRICII, nomine latere Sirmondum notat Petrus Aurelius parte III. Opp. p. 333. etſi Jacobus Goutierius etiam nonnulla ad ſcriptum ſub illo nomine editum contulit, atque illud in Sirmondi Operibus fruſtra quaeras. Confer. Jacobi le Long. Bibl. Françoiſe p. 126. & Ludovici Ellies du Pin Bibl. Eccleſiaſtique T. 17. p. 203.

IOA-

IOACHIMOS FABRICIOS, tres centuria priore retuli. Primi prodiit Wittebergae etiam Concio de perſona atque officio CHriſti, Witeb. 1594. 4.

2.) JOACHIMUS FABRICIUS, Lindoa Meſo Marchita S. T. M. qui carmine Germanico funus Hieronymi Vogleri Conſulis Hamburg. A. 1642. proſecutus eſt & funus Alberti von der Fechte, Hamb. 1637. Ejus dictata quaedam Logica MS. in Bibl. B. Guſtavi Schroederi, p. 848. Hic Ioachimus deinde apud Stetinenſes Paſtor ad S. Mariæ Conſiſtorii Regii Aſſeſſor, S. S. Theol. & Ebr. Linguae in Gymnaſio Profeſſor, & Vice - Superintendens Generalis Pomeraniae. Vitam hujus Theologi Venerandus Lubecenſium praeſul D. Goezius inſeret parti tertiæ elogiorum Theologorum. Inter Conciones ejus non omittenda, quam habuit in funere Viri clariſſimi meritiſſimique Johannis Micrælii.

3.) JOACHIMUS FABRICIUs, Freibergenſis, cujus cenſurae Matthaeus Bugaeus oppoſuit ſcriptum, cui titulus: Erſter Beſcheid auf die Flatterie Joachimi Fabricii, Berlin. 1667. 4. Reſcripſeritne Fabricius, non poſſum affirmare.

4.) JOACHIMUS FABRICIUS, Profeſſor & Muſicus in paedagogio Stetinenſi. A. C. 1645.

5.) JOACHIMUS FABRICIUS, Neoan-

germunda Marchicus, cujus Orationem Hebraicam de pietate A. C. 1634. habitam laudat Auguſtus Buchnerus in diſſertationibus Academicis p. 128.

IO. ADOLPHUS FABRICIUS, Iacobi Paſtoris Hamb. de qvo ſupra, filius primogenitus, natus Sleſvici 29. Mart. 1592. & in ſchola Hamburgenſi à Paulo Sperlingio inſtitutus, deinde Roſtochii egit & Witebergae ubi Magiſter creatus eſt, Poëticamqve laurum meruit. Vocatus eſt Eccleſiaſtes Hamburgenſis ad S. Iacobi templum A. 1615. 8. Jan. & à patre inauguratus 31. Martii. Gener fuit Hieronymi Praetorii ſcriptis clari & Muſici tunc apud Hamburgenſes celeberatiſſimi. Archidiaconus deniqve diem obiit ſupremum 28. Octob. 1650 hora ſexta matutina, qvod punctum mortis præſentiens identidem interrogavit, num ſexta eſſet audita. Humatus eſt in choro templi Jacobaei V. Novembr. Carmine funebri memoriam ejus decoravit H. Vagetius. P. P. Edita ſunt à Fabricio:

Davidis güldenes Hertzlein gefaſſet in ſeinen köſtl. Halßgeſchmeid und Kleinod des 57. Pſalms v. 8. das iſt die güldenen Hertz-Worte, mein Hertz iſt bereit, GOtt mein Hertz iſt bereit, darin der theure Hertzman erkläret, wie er ſich gegen GOtt in Lieb und Leid, in Freud und Traurigkeit, in Jammer und Noth, in Leben und Todt, mit gantzen bereitwilligen Hertzen habe ergeben. Hamb.

Hamb. 1623.4. Scripſit poëmata varii generis, Epithalamia ut in Chriſtoph. Achatium Hagerum: propemptica, gratulatoria, & alia variis occaſionibus ſeparatim edita, non injucunda lectu. Epicedia item in funeribus *Conſulum* Hieron. Vogleri & Ulrici Winkelii, *Paſtoris* Gerhardi Hackmanni & Joannis Schovini Paſt. Boxtehud. *Senatorum* Theodori Niebueri, Joachimi Hartiges, Johannis Wetken, Nicolai van der Fechte: *Secretarii* Chriſtoph. Schlaf, *Duodecimviri* Jo. Rumpii. *Fœminarum* Geſæ ab Eitzen, Urſulæ Winckeliæ, Eliſab. Hartiges, Cæciliæ Wichmanniæ, Annæ Sophiæ à Phul. Filiarum item & filiorum Severini Sluteri uno fere ſemeſtri denatorum. Poëta in Jambico inprimis & Lyrico carmine haud infelix, & Vinc. Fabricii ac Zach. Lundii plauſum & encomia promeritus.

IO. ANDREAS FABRICIUS, hoc loco a me prætereundus, vivit enim florentibus annis, licet ingenii ac doctrinæ ſpecimina ediderit e qvibus præclara ab eo fas eſt polliceri. Ejus Oratoria Philoſophica prodiit lingua Germanica Lipſiæ 1724. 8. Exſtant & diſſertationes variæ, ut de ſumma hominis felicitate, & de Matheſi Patribus primis Eccleſiæ & aliis qvibusdam non ſuſpecta, aliæqve.

IO. BAPTISTA FABRICIUS de qvo Centuria priore.

JOANNES CHRISTIANUS FABRICIUS, Tunderenſis, Eccleſiæ ruralis Loydtenſis in Praefectura Apenradenſi ab A. 1648. Paſtor, vir accuratè eruditus & praeſertim ἑβραϊκώτατ☉. d.9. Jul. A. 1686. æt.62. defunctus. Hujus Volumina quinque Obſervationum in Univerſum Codicem Sacrum Critico Philologicarum grandia, diligentia inſigni congeſta, in Filii atque ſucceſſoris patriſſantis Willehadi Fabricii Bibliotheca deliteſcere teſtatus mihi eſt V. C. Johannes Mollerus.

JOANNES CHRISTOPHORUS FABRICIUS, cujus extant Typi Myſtici ex ſacra & profana hiſtoria collecti de mutationibus regnorum & Rerump. ſive Vorbildung der vornehmſten Urſachen der Veränderung der Regimenter. Hamb. 1652. 4.

JO. DANIEL FABRICIUS, qui ſe Philologiae ſtudioſum vocat, de tabula Cebetis ſchedion edidit Heidelb. 1672. 4. paucis foliis.

IO. EVERARDUS FABRICIUS, Rector & Profeſſor Gymnaſii Steinfurtenſis, quem laudat Io. Coccejus Epiſtola CXXXV. T. 6. Opp. p. 45.

JOANNES FABRICII deinceps diſtinguendi circiter XXX. Primus *Norimbergenſis* A. 1558. defunctus, de qvo M. Ludovicus Melchior Fiſchlinus in memoriis Theologorum Würtenbergenſium parte 1. p. 42.

p.42. Hunc ejusqve poſteros conſtat ſerie continua in Eccleſia Norimbergenſi ſacrum munus geſſiſſe per majus ſesqvi ſeculi ſpatium, ita ut non vane auguratus fuerit Melanchthon, qvando ad eum A. 1555. ſcripſit: *Familiæ Tuæ Deus benefaciet.* Vide B. Dilherri T. 2. diſp. p. 165.

2) Prioris nepos, Joannis Baptiſtæ, Paſtoris Furtenſis filius denatus A. 1636. de qvo Omeiſius de claris qvibusdam Norimbergenſibus p. 38. & D. Fabricius abnepos T. 6. Bibl. ſuæ p. 67. ſeq. Oratio de dignitate conjugii prodiit Norbergæ A. 1592.

3) Pronepos qvi obiit A. C. 1676. Præter ea qvæ de hoc dixi Centuria priore, adeundi D. Guſtavus Georgius Zeltnerus in vitis Theol. Altdorfinorum pag. 285. ſeq. Acta Erud. A. 1722. p. 459. Henningus Witte in memoriis Theologorum p. 1961. ubi vita ſcripta à Jo. Conrado Durrio, Erdmannus Uhſenius in Leben der Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI. und XVII. ſæculi p. 616. Conciones funebres habitæ à Conr. Feuerlino in Sirach. XIV. 18. & à Chriſtoph. Arnoldo, in Joh. XVI. 28. & D. Fabricius Theologus Helmſt. ante prælectiones Patris Theologicas Altdorf. 1681. 4. & T. 4. Bibl. ſuæ p. 373.

4) Abnepos, *Altdorfinæ* primum deinde *Helmſtadienſis* Academiæ Theologus celeberrimus & Abbas Regiæ Luteræ, cui edita Epiſtola annum octogeſimum primum ætatis

agenti gratulata fuit Academia Helmſt. A. 1724 & cujus non poſſum non hoc loco meminiſſe, licet vivi adhuc, qvod gaudeo, acvigentis & qvæ Dei eſt benignitas illibato fruentis uſu virium corporis animiq;, alacer & erectus, ut vere gloriari poſſit *clare oculis video, pernix ſum manibus, ſum pedes mobilis,* feliciqve etiamnum pollens memoria. Monumenta ejus ingenii qvæ publici juris fecit recenſentur poſt ipſius Amœnitates Theologicas p. 361. & in Actis eruditor. A. 1711. p. 153. in Diario Lipſienſi Neuen Büchern-Saal parte XLVIII. p. 841. nec non in D. Guſtavi Zeltneri vitis Theologorum Altdorffenſium p. 410. in Bibliotheca Germanica, qvæ Gallice à viris doctis in lucem editur Tom. 1. Amſt. 1720. 8. p. 110.

5) JOANNES FABRICIUS Budiſſina Luſatus, Theologiæ D. Paſtor & Præſes Conventus Eccleſiaſtici apud *Argentinenſes*, ex piis homiliis, diſputationibus & aliis ingenii fœtibus clarus, laudatusqve Joanni Micrælio, ſyntagmate Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, p. 750.

7) *Pomeranus*, cujus carmen elegiacum de mirando opere Redemtionis facto per filium DEI JEſum CHriſtum, prodiit Roſtochii 1565. 4.

8) *Hamburgenſis*, qvi in Collegio Oratorio M. Joannis Simonis, Rhetoricæ Profeſſoris, recitavit Orationem VII. de beatitudine Rerum publicarum Roſtoch. 1603. 8.

9) Ec-

9) Eccleſiaſtes *Witebergenſis*, 10) *Stetinenſis* JCtus, de qvibus priore Centuria.

11) JOANNES FABRICIUS MONTANUS *Berkena* in Alſatia inferiore oriundus & in *Helvetia* diu verſatus de qvo Centuria priore p. 51. ſq. Zürchiſch Altes und Neues A. 1717. p. 105. Hujus pro Evangelica CHriſti Eccleſia adverſus Pontificios Hiſpanos (Fontidonium * Segovienſem, & Cardillum Concilii Tridentini hyperaſpiſtas) defenſio prodiit 1565. 8. Tabulæ & indices rerum ac verborum in Geſnerum de animalibus qvadrupedibus, Tiguri. Carmina illius qvædam dat Gruterus in deliciis Poëtarum Germ. T. 3. (Frf. 1612. 12.) p. 101-112.

Ejus ſilvarum liber & de Conſulibus Tigurinis una cum elogio de Wilhelmo Tellio prodiit Tignii 1556. 8.

In patris Jacobi Fabricii funus p. 21. *Ut te chare parens noſtri pia cura ſubegit*

Longinqua tentare vias natalia quando
Mœnia liquiſti nuper centeſima quamvis

Longævo tibi jam vitæ procederet æſtas.

Carmen elegiacum in laudem paupertatis, qvod libro ſilvarum p. 11. ſeq. legitur, exhibet Caſpar Dornavius in amphitheatro ſapientiæ Socratico jocoſeriæ Tom. 2. p. 173.

* Fontidonii Oratio ad Germanos contra Fabricium prodiit Venet. 4. & Antwerp. 1574. apud Plantin. & T. XIV. Concilior. edit. Labbei p. 1775.

12) JOANNES FABRI ſive FABRICIUS, qvi ſcripſit Orthodoxæ fidei defenſionem adverſus D. Balthaſarem Pacimontanum, Anabaptiſtam è primis. Lipſ. 1528.

13) Paſtor *Zillenzigienſis*, de qvo Centuria priore. Idem niſallor qvi ſe poëtices ſtudioſum appellat, atqve Ambroſii Lobwaſſeri metaphraſin Germanicam Pſalmorum edidit cum aliis variorum hymnis Eccleſiaſticis, & cum metaphraſi Cantici Canticorum Germanica qvam ipſe ſuo marte adjunxit. Habeo qvartam editionem Frf. 1629. 8.

14) *Friſius*, vide ſupra in Davide.

15) Qvi Colloqvio Thorunienſi interfuit A. 1645. Auguſtanæ Confeſſioni addictus.

16) JOHANNES FABRICIUS Paſtor Gedanenſis ad S. Catharinæ & Profeſſor Gymnaſii A. 1653. ætat. 46. peſte ſublatus de qvo Nathanael Dilgerus in Epicedio: *Nunc peſtis in orbe & urbe graſſans Gedana ſuſtulit atra virum. Et quod mirandum, faceret cum ſacra Jehov , correptus eſt ab hac lue illius ante ſacra Aras, qua ſoles aliquot vexatus inique tandem horrida coactus eſt mortis obire vices.* Confer D. Sam. Schelwigii Denckmahl der Peſt A. 1709. præf. §. 12. & præter ea qvæ priore centuria dixi, Ephraimum Praetorium in Athenis Gedanenſibus p. 96. ſeqq. & Andream Charitium de Viris doctis Gedani ortis p. 57. ſqq. Scripta.

pta: *Diſſ. Philologica de nomine Jehovah.* Roſtoch., 1636. 4. *Diaſcepſis de incarnatione* Λόγϰ, ſummi & ſupremi DEI, contra Socinianos, Roſtoch. 1637. 4. *Carmen Arabicum gratulatorium M. Johanni Raven* Profeſſori Eloq. ibid. 1637. *Oratio Patriarchæ Antiocheni de Hymno Angelico in Nativitate CHriſti*, ex Arabico Latine. Gedan. 1637. 4. Lugd. Bat. 1640. 4 *Diſſertatio de matrimonio comprivignorum (in cauſa Bobliana) ſub titulo: Diorthotes ſtatus Controverſiæ &c.* A. 1638. ſine nomine auctoris. Vide B. D. Calovii ſyſtema Theol T. 8. p. 551. *Teſtamentum Muhamedis* Latine ex Gabrielis Sionitae verſione cum Theodori Bibliandri Apologia pro editione Alcorani ad omnes Epiſcopos, Doctores & Paſtores Eccleſiarum Europae. Roſtoch. 1638. 4. dicatum Io. Paulo Vindingio, Dano. *Diſſ. de admirabili eruditionis vi & literarum ſtudiorumque tranquilla ſupellectile ac felicitate.* Gedani 1639. 4. *Specimen Arabicum* in qvo continentur 1) Diſſertatio El Herir, ſcriptoris eloqventiſſimi Baſra oriundi & circa A. C. 450. clari diſſertatio de fortunae inconſtantia. 2) Carmen Abi El-Ula natione Syri de contemtu Mundi. 3) Carmen Iben Phered Ægyptii breve de conjunctione DEi cum creaturis, addita verſione Latina ad verbum, & analyſi Grammatica notisqve. 4) Iudicium de ſoluto dicendi genere Arabum proprio & 4) de poeſi Arabica. Roſtoch.

 1638.

1638. 4. ſubjecto indice locuplete Latino nominum, qvi vice Lexici fungi debet. Totum Coranum ex Arabico tranſtuliſſe, ſed qvae verſio lucem non vidit, teſtatur Wilhelmus Maginus in hujus Fabricii vita.

17) *JOHANNIS FABRICIUS*, qvi Tho. Adami Opera ex Anglico Belgice vertit Amſt. 1666. 4.

18) *Monacenſis*, Doctor Theologiae creatus Witebergae A. 1544. Decano D. Luthero. Vide B. Andreae Sennerti Athenas Witebergenſes.

19) Lippia *Weſtphalus*, qvi diſſ. de differentia & uſu modorum loqvendi circa perſonam & ſubſiſtentiam edidit Ienae 1667. 4. Idem 1672. 4. ibidem vulgavit Bartoldi Mulleri Battuſia Brunſvicenſis Collegium Ethicum XIII. diſputationibus abſolutum.

20) Decanus *Colonienſis*. Vide Ampliſſimi Lunigii Fortſetzung part. 1. ſpicilegii Eccleſiaſtici p. 881.

21) JOHANNES FABRICIUS *Lemgovienſis*, cujus extat Paulus der untadelhaffte Prediger der Gnadenwahl, ſive Erklärung des neunten Capitels der Epiſtel an die Römer. Lemgoviæ. 1677. 12.

22) M. JOANNES FABRICIUS BOLANDUS de qvo Centuria priore p. 51. Libros decem de motu Monaſterienſi carmine non ineleganti deſcriptos dicavit Franciſco Waldecho Monaſterienſis & Osnabru-

nabrugenſis diœceſeos præſuli, & Mindæ adminiſtratori.

23) JOHANNES FABRICIUS Medicus ac Chirurgus, qvi Doctor creatus, Roſtochii A. 1635.

24) *Fiſchelenſis* S.I. de qvo Centuria priore. Ejus ſcriptum Germanice editum Colon. 1646. 12. de gravi crimine detractionis variis qvæſtionibus illuſtratum, accuratum & utilem libellum vocat Sotwellus p. 445.

25) JOHANNES FABRICIUS ſive DE FABRICA Ord. minor. cujus eſt tractatus de indulgentiis pro animabus in purgatorio. Clarus ante A.C. 1550.

26) JOANNES FABRICIUS Viennenſis Epiſcopus, cujus opuſcula edita A. 1537. fol.

27) Rector *Schafhuſanus* de qvo Centuria priore.

28) JOANNES, *Georgii Chemnicenſis* F. FABRICIUS de qvo Centuria priore. Ejus Hemerologium ſive memorabilia per dies anni digeſta & ex Thuani excerpta Hiſtoriis viderunt lucem Neapoli Nemetum 1617. 12.

29) JOANNES *Schmidlinus*, alias FABRICIUS, patria *Suevus*, Superintendens & Paſtor Eccleſiæ Uracenſis in Ducatu Wurtenbergenſi, circa A. 1600. defunctus. De illo Ludovicus Melchior Fiſchlinus in memoria Theol. Wurtenb. parte I. p. 233. ſeq.

30) *Wergernenſis* ſive *Wynnigernenſis*, cujus carmina qvædam vidi & diſp. Philoſoph. excuſas Dortmundæ ſive Tremoniæ 1607. 1610.

31)

31) JOANNES FABRICIUS neſcio an idem cum *Montano*, de qvo ſupra, cujus Epiſtolam ad Hyperium de Eccleſia & Schola Tigurina memorat Hottingerus in Bibliothecario qvadripartito p. 448.

JOANNES FABRICIUS CÆSAR de qvo Centuria priore. Ejus editionem Chronici Martini Poloni omnibus aliis præfert Jacobus Quetif de ſcriptoribus Ord. Præd. T. 1. p. 364. 369.

JO. GEORGIUS FABRICIUS de qvo in priore Centuria, edidit incerti auctoris præcognitorum Hiſtoricorum Epitomen, Ulmæ Svevorum 1650. 12. & Genealogiam Boſchiorum, Stamm-Regiſter der Boſchen von Dünckel-Spuhl, Nürnberg 1657. fol. Præfixæ imagines cum ſubjuncto cuiq; elogio 1) Joannis Fabricii, ad D. Laurentii Norimberg. Eccleſiaſtæ, qvi B. Lutheri & Melanchthonis ſummus amicus Tetzelio olim reſtitit, exiliumqve paſſus eſt. 2) Jo. Baptiſtæ Fabricii, Arithmetici Norimbergenſis. 3) Jo. Baptiſtæ Fabricii, Paſtoris per annos unum & viginti, Furthenſis. 4) M. Joannis Fabricii, Noribergæ ad D. Sebaldi Eccleſiaſtæ defuncti A. 1635. ætatis 75. Miniſterii ſui 47. 5) Auctoris, Jo. Georgii Fabricii.

JOANNES JACOBUS FABRICIUS, de qvo Centuria priore, Hamburgo ejectus, variisqve Belgii locis ſacro munere exauctoratus obiit Amſtelodami A. C. 1673. vide Rev. Jo. Georgii Bertrami Evangeli-

geliſches Lüneburg, p. 239. Inter ejus ſcripta eſt qvoqve qvod inſcribitur: Bezeugung Göttlicher Warheit. Item aliud: Abermahlige Bezeugung und Beſtätigung Göttlicher Warheit, oder Lehre von der Gottſeeligkeit. Amſt. 1669. 12. Von der Wiedergebuhrt oder hertzgründlichen Buſſe. Ibid. 1649. 8. Laudat D. Georgius Nitſchius opere de praxi mortificationis Carnis p. 703. ſeq.

JOANNES LUDOVICUS FABRICIUS, Sereniſſ. Principis Brunſwico Luneburgici à Conſiliis bellicis, cui vir celeberrimus Jo. Fridericus Pfeffingerus A. 1706. dedicavit memorabilia ſæculi XVII. Germanice edita Hamburgi 4. In Epiſtola ad eum ſcripta alios hic bene multos Fabricios toga ſagoqve claros commemorat, illius maxime majores cognatosqve.

2) JOANNES LUDOVICUS FABRICIUS, Theologus Palatinus, de qvo Centuria priore. De eodem Novellæ Reip. litterariæ A. 1701. p. 400. ſqq. D. Fabricius Helmſt. T. IV. Bibl. p. 522. Erdmannus Uhſenius Leben der Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVI. und XVII. ſæculi p. 618. Laudat & Petrus Bælius in Epiſtolis. Ejus *Conſilium de informando filio Electoris Palatini, Carolo Eduardo,* Zürchiſch Altes und Neues A. 1717. p. 24. *De ludis ſcenicis*, recuſum T. VIII. theſauri Antiq. Græcar. Gronov. p. 1714. *Euclides Catholicus*, id agit ut demonſtret Papatum nihil eſſe aliud qvam Gentiliſmum Chriſtiano co-

colore incruſtatum. Vide B. D. Speneri Conſilia Theol. T. 1. p. 17. & Bibliothecam meam Græcam lib. 3. c. 14. p. 375. editionis A. 1716.

JOANNES PHILIPPUS FABRICIUS vertit e Latino Germanice Gregorii Sphalentiani gründliche Beſchreibung des neuentſtandenen Münch-Ordens Carmelitarum discalceatorum, nebſt einem Beweiß der böſen Practiqven dieſes Ordens. 1618. 4.

JO. SEOBALDUS FABRICIUS, de qvo Centuria priore. Natus fuit Spirae Nemetum A. C. 1622. Scriptis ejus addi poterunt *Lutrea Cæſarea*, ſeu de ortu & augmento urbis Caeſareae Lutrenſis, 4. *Privilegium* der Stadt Mannheim. 4. *Panegyricus in funere Danielis Toſſani*, Heidelb. 1656. 4. *Spicilegium ex Philologia Philoſophiaque agro ſelectum*, Reſpondente Jo. Henrico Heideggero, Tigurino. Heidelberg. 1656. 4. *Idea Polyhiſtoria*. ibid. 1660. 4. *Diſſertatio hiſtorica in Dionis Caſſii ſcriptoris Græci ſelectiora commata*. Lond. 1678. 8. De ejus Iulio Cæſare numiſmatico ſiniſtrum exſtat judicium Anſelmi Bandurii in ejus Bibl. numiſmatica n. XLIX.

JOANNES WOLFGANGUS FABRICIUS de qvo Centuria priore. Vixit circa A. 1625.

ISAACUS FABRICIUS, Dantiſcanus cujus theſes philoſophicas vidi defenſitatas Regiomonti 1645.

ISBRANDUS FABRICIUS Paſtor Eccleſiæ Medenblicenſis in Belgio cujus Homiliæ ſeptem de immolatione Iſaaci prodierunt Belgice Alcmariae 1720. 8. *FA-*

FABRICIUS JULIODUNENSIS, infra in Renato Fabricio.

FABRICIUS JUSTINIANUS Ligur S.I. defunctus A. C. 1604. cui librum de cambiis & alterum de perfectione religioſa tribuunt Auguſtinus Oldoinus in Athenaeo Liguſtico pag. 173. & Raphael Sopranes de ſcriptoribus Liguriae p. 89. qvos iidem referunt ad Fabricium Pallavicinum de qvo infra. Vide & Io. Nic. Saulii Carregae Epiſtolas p. 6. ſeq.

FABRICIUS LAMPAGNANI, Mediolanenſis, cujus elegias qvasdam Latinas imitatione Catulli commendabiles memorat Philippus Picinellus in Athenaeo eruditorum Mediolanenſium p. 179.

FABRICIUS LANDUCCI, ſenenſis inter fautores Bibl. Aproſianæ laudatur à Cornelio Aſpaſio A. 1673.

LAURENTIUS FABRICIUS, Profeſſor celebris Witebergenſis, de qvo Centuria priore, & Andreas Charitius de viris doctis Gedani ortis (Witeb. 1715. 4.) p. 50. ſeq. Epitaphium ejus in inſcriptionibus Witebergenſibus Ioach. Hagemeieri n. 72. atqve Andreae Sennerti p. 176. Scriptis ejus addes, *de materia & forma lectionis Scripturæ Hebrææ.* 4. Bekänntniß D. Martini Buceri von Straßburg, vom Heil. Abendmahl, verdeutſcht durch M. Laurentium Fabricinum. 8. Gymnaſium Syriacum M. Chriſtophori Crineſii cum praefatione.

2) *LAU-*

2) *LAURENTIUS FABRICIUS* Gedanenſis A. 1577. defunctus, & 3) Urdingenſis, de qvibus Centuria priore.

4) *LAURENTIUS FABRICIUS* Sleſvicenſis, I. U. Candidatus & Poëta circa A. 1634. non contemnendus, commendatusqve viris clariſſimis Vincentio Fabricio, Ioachimo Morſio, Zachariae Lundio, Adamo Oleario, aliisqve: Auctor Muſae Germanicae ſive ſylloges poëmatum Germanicorum ἀνεκδότε, in albo Morſiano memoratae, qvod B. Ioanni Mollero evolvendum communicavit Venerandus atqve eruditiſſimus Vir Iacobus à Melle, Senior Paſtorum Eccleſiae Lubecenſis. Vidi & ejusdem Laurentii carmina qvaedam Latina, ut Anacreontica in nuptias Ioannis Schnockii, Hamb. 1627.

FABRICIUS LAZARUS, JCtus, cujus reſponſa qvaedam in cauſa Trivultiorum Mediolanenſium lucem viderunt Venetiis 1574. fol.

LUDOVICUS CINTHIUS DE FABRICIIS, Venetus Medicus A. 1526. edidit Italico carmine libellum deteſtabilem *delli volgari proverbii*, in terza rima: *pie no non meno di goffaggine che d'impieta*, judice Io. Maria Creſcimbenio lib. V. hiſtoriae poëſeos Italicae p. 416.

LUDOVICUS FABRICIUS ad qvem Tanaqvilli Fabri Epiſtolae, non diverſus eſt

eſt à Iohanne Ludovico Fabricio, Theologo Palatino de qvo ſupra.

Alius *LUDOVICUS FABRICIUS*, cujus deſcriptio MS. itineris Holmia Sveciae Iſpahanum Perſiae A. 1697. facti fuit Glückſtadii in Bibliotheca Guſtavi Schrœderi τȣ̃ μακαρίτȣ in cujus Catalogo memoratur p. 843.

FABRICIUS LUNA, cujus exſtat Lexicon, *Vocabolario di cinque mila voci Toſchi non men oſcuri che utili e neceſſarii del Furioſo, Bocacio, Petrarcha, e Dante, novamente dichiarati & raccolti.* Neapoli 1536. Neapolitanum ſe profitetur in voce *Parthenope*: unde Antonius Mongitor qvod Panormitanum dixerat T. 1. Bibl. Siculæ p. 192. retractat in appendice p. 51. monitus ab eruditis auctoribus Diarii eruditorum Italiæ T. XIII. p. 257. 258. ubi etiam memorantur ejusdem *Selve, Elegie, ed Epigrammi*, in Napoli 1534. 8.

FABRICIUS MANDOSIUS, patria Amerinus an Romanus JCtus, utriusqve ſignaturæ Referendarius Romæ A. 1597. denatus, cujus librum *de juſtitia diſtributiva* laudat Ludovicus Jacobillus in Bibl. Umbriæ & Proſper Mandoſius in Bibliotheca Romana, Centuria 2. n. 33. p. 99.

FABRICIUS MANLIUS nobilis Barolitanus magnæ ſpei juvenis Neapoli A. 1571. in flore ætatis denatus. Ejus Epitaphium obvium in Nicolai Toppi Biblioteca Nea-

politana p.80. & in Laurentii Schraderi monumentis Italiæ p.233.

FABRICIUS MANZONIUS Doctor Theologus & Sacerdos apud Cæſenates, JCti & Eqvitis Chriſtophori Manzoni F. edidit tractatum de *Sacramentis Eccleſiæ*, dicatum Fabricio ex Comitibus Gvidiis à Balneo, Montisbelli Marchioni, Cæſenæ 1582. Laudat Bernardinus Manzonus in Cæſenæ Chronologia p. 135. T. IX. novi theſauri ſplendidi Italiæ parte VIII.

FABRICIUS MAROTTA Neapolitanus cujus exſtat Comœdia Italice ſcripta cui titulus furtum ſive raptus, *il ratto*, Neapoli 1603. 8. Occurrunt & nonnulla ejus *Carmina* ſive *ſonuli* in poëmatis Joannis Dominici Agreſtæ, Venet. 1633. 8. Vide Toppium pag. 80.

MARTINUS FABRICIUS Zullichenſis, Diaconus Coloniæ ad Spream, & ab A. 1601. Inſpector Furſtenwaldenſis, cujus Concionem Funebrem A. 1595. & Chariſterium ſive Concionem Euchariſticam A. 1606. 4. Francofurti editas memorat V. C. Georgius Gothofredus Kuſterus in memorabilibus Colonienſibus hoc anno 1727. 4. Berolini editis p.90.

2) *MARTINUS FABRICIUS*, Wilſtria Holſatus Medicinæ D. qvi artem ſuam in patria cum laude exercuit, idem poëta non infelix extinctus A. 1640. ætatis 64. 3. Febr. cujus

cujus vitæ hiſtoriam uberius traditam exhibet ſermo vernaculus Martini Boëthii Eccleſiaſtæ Wilſtrienſis, dictus in ejus funere, & Hamburgi A. 1641. typis exſcriptus. Exſtant ejus diſputatio inauguralis *de cancro non ulcerato*, Baſil. 1602. 4. *παράδοξον λοιμῶδες*, oder abſonderliche Meinung, daß die Form und Natur der Peſt keinem Menſchen ſondern GOtt allein bekandt, und daß daher noch keine gewiſſe und ſpecifica remedia dagegen erfunden ſeyn. Roſtoch. 1633. 4. Deſiderantur *Satiræ* ejus *in tonſores ac pharmacopœos rudes ac circumforaneos*, ac *metaphraſis aphoriſmorum Hippocratis metrica*, à Morſio, Sam. Roſenbohmio, Boëthio modo allegato, aliisqve commendatæ. Hæc Jo. Mollerus V. C. in Cimbria litterata MS. Ejusdem Fabricii ode in Momos ſubjicitur Carminibus ſacris Chriſtophori Vortmeieri, Stadenſis, editis Hamburgi 1622. 8.

MARTINUS THEODORUS ſive *THEODOSIUS FABRICIUS*, de qvo Centuria priore.

FABRICIUS MASINUS qvi à Bernardino Manzono in collectaneis Cæſenæ p. 135. Doctor ſingularis appellatur.

FABRICIUS MASTRILLUS, nobilis Nolanus, Eccleſiæ patriæ cathedralis Archidiaconus Italice ſcripſit panegyricum Ignotii Loyolæ, edid itqve Neapoli 1643. 4. hoc titulo: *il nuovo Moſe, panegyrico in lode del*

S. Patriarca Ignatio de Loyola, detto nel giorno della ſua ſollennita.

MATTHIAS FABRICIUS, de qvo centuria priore.

MICHAEL FABRICIUS, qvi pro Franciſco Balduino ſcripſit adverſus Calvinum & Bezam. Colon. 1564. 8.

2) *MICHAEL FABRICIUS* Conrector Gedanenſis ſcholæ A. 1602. defunctus, de qvo B. Ephraim Prætorius in Athenis Gedanenſibus p. 46.

MICHAEL FABRICIUS FERRARINUS ex ordine Carmelitarum in Terra ſancta Provincialis, ordinatus Corſicæ Epiſcopus. Hunc defunctum circa A. 1492. Joannes Guaſcus in hiſtoria litteraria Academiæ Mutorum Regienſis edita Italice Regii 1711. 4. pag. 26. ſeq. refert reliqviſſe volumen Epitaphiorum, Inſcriptionum, Epigrammatum in itineribus per Italiam & extra eam collectorum & in membranis elegantiſſime conſcriptorum, figuris inſtructum nitidiſſimis, qvod catenis alligatum Regii in Bibl. publica aſſervatur. Idem narrat tractatibus qvibusdam Metaphyſicis & commentationibus in Ariſtotelem componendis operam impendiſſe, & Scripturam ſacram carmine heroico illuſtraſſe, nec non ſcripſiſſe explicationem in Valerium Probum de literarum notis. Vide Acta Erudito-

torum T.6. ſupplementi p.530. & Diarium eruditorum Italiæ T.13. p.293. ſq.

FABRICIUS MONTANUS. Vide ſupra, JOANNES FABRICIUS MONTANUS.

FABRICIUS MORDENTE vir & ipſe multis peregrinationibus clarus, & qvi aliqvot annos Goæ vixit. Ejus fide ficum Indicam deſcribit Carolus Cluſius, & e Cluſio Jo. Bodæus a Stapel ad Theophraſti hiſtoriam plantarum p.350.ſq.

FABRICIUS NERIUS, Peruſinus Præpoſitus Eccleſiæ Solfagiani in Comitatu ejusdem Urbis adhuc ſuperſtes A.1677. qvo Auguſtinus Oldoinus S. I. compoſuit Athenæum Auguſtum de ſcriptis Peruſinorum, p.90. referens eum A.1653. Peruſiæ edidiſſe laudes Victorii de Lancillottis, nobilis Spoletini, Peruſiæ Vicarii generalis & Seminarii Epiſcopalis moderatoris anagrammate & verſu elegiam Latino decantatas.

De NICOLAO CLAUDIO FABRICIO PEIRESSIO, Viro inſigniſſimo dixi centuria priore. Aqvis Sextiis ubi Senatorem & judicem in ſummo Auditorio agebat obiit diem 25. Iunii A.1637. Ejus diſceſſum cum omnibus illa ætate eruditis luget Triſtanus T.1.p.108. & Cabriel Naudæus in Epiſtola ad Gaſſendum qvæ LVI. inter Naudæi Epiſtolas, & Vitae Peireſcii Gaſſendo ſcriptae ſubjicitur. Laudatio à Io. Iacobo Buc-

cardo dicata ejus memoriae poſt Romanam editionem Lutetiae 1641. 4. Aqvis ſextiis, & 1651. 12. Hagae comitis prodiit. Pro *Pangloſſia* contendunt *Palingeneſiam* * legendum eſſe in titulo monumenti Romani Peireſcio virtutis doctrinaeqve cauſſa dicati, cum frigida ſit palingeneſiæ inſcriptio & pangloſſia appelletur qvoniam ibi Peireſcius qvadraginta amplius linguis ſive idiomatibus celebratur. Nimis facile credulum arguit Fridericus Ceſius Dux & Academiae Lynceorum Romae caput, apud Naudaeum in libro cui titulus Maſcurat, p.472. Operi *de menſuris ac ponderibus veterum* inſudaſſe conſtat etiam ex Peireſcii *Epiſtola ad Eliam Ebingerum*, qvam Gallice ſcriptam vulgavit V. C. Io. Georgius Schelhornius T. 3. amoenitatum litterariarum p. 270. ſq. Ejus *Explicationem arcus Arauſicani triumphalis, Gallieni Imp.* e Bibl. Regis Chriſtianiſſimi publicavit celeberrimus Montfauconus in ſplendido ac divite opere Antiqvitatis explanatae T. IV. ſupplementi ad tab. XXXIII. p. 74. ſeq. & *Notitiam portus ac phari Forojulienſis* tab XLIX. p. 121. ſeq. *Epiſtolas* Peireſcii & virorum doctorum ad Peireſcium exſpectant eruditi à Thomaſino Mazonigeſio Aqviſextienſi. Illud vero illaudabile, qvod MStis obſervationibus & collectaneis magni viri, qvæ tantis ſumtibus tanto ſtudio per

* Gelehrte Zeitungen A. 1721. p. 716.

per tot annos in omni genere doctrinæ per centena fere volumina congeſſerat, dicitur per heredum negligentiam & inſcitiam contigiſſe, ut iisdem abuſi ſint per hiemem alendis ignibus & calefaciendo conclavi, de qvo juſta eſt indignatio ac qverela clariſſimi Turnefortii, qvam in limine itinerarii ſui his verbis expreſſit : *On aſſure que les heritiers de Mr. Peireſc s'etoient chauffez pendant tout un hyver des papiers qu'on avoit trouvé dans ſon Cabinet. N'auroient-ils pas mieux fait de brûler des bois de Cedre ou du bois d'Aloës? La Nature en produit tous les jours, & peut être ne verra-t-on jamais d'homme ſemblable a Mr. de Peireſc.*

2) NICOLAUS FABRICIUS, cujus & Wilhelmi Sandphurdii Conſilium Eberhardo ap Holle Epiſcopo Lubecenſi circa A.C. 1540. impertitum & reſponſum ad Articulos A. 1561. propoſitos exhibet Rev. Jo. Georgius Bertram in hiſtoria Eccleſiaſtica Luneburgenſi, edita Germanice pag. 526. ſeq.

3) NICOLAUS FABRICIUS Gvidonis Boderiani frater, de qvo Centuria ſuperiore.

4) NICOLAUS FABRICIUS CHALASIUS, ſive ut Erycio Puteano in Epiſtolis dicitur, CALASSIUS, qvi Patavii claruit. De eo ſimiliter in priore Centuria, ubi notavi etiam *Nicolaum Fabrum* præcepto-

rem Ludovici XIII. Regis Chriſtianiſſimi, *Fabricium* à qvibusdam appellari, cujus vita à Fr. Balbo ſcripta præfigitur Opuſculis viri illius doctiſſimi editis Pariſ. 1614. 4. & recuſa exſtat in Vitis ſelectis illuſtrium Virorum ex B. Chriſtiani Gryphii Bibliotheca junctim excuſorum Uratislaviæ 1711. 8. p. 77. (Memoires litt. de Trevoux A. 1713. p. 1785. ſq.) Eodem loco dixi de licentia permutandi nomina propria vernacula Latinis, vel Latina vernaculis, de qva lepidum ſcriptum legere me memini in V. C. Baſnagii Bellovallii hiſtoria Operum eruditorum A. 1687. p. 335. *Manifeſte des noms propres latiniſez.* De Fabri nomine ſpeciatim apponam hanc notationem ex Nobiliſſimi Sallengrii amœna ſylloge cui titulus Memoires de litterature T. 1. p. 268.

Le nom propre Latin Faber *doit tantôt être rendu en François par le Févre, comme* Jacobus Faber Stapulenſis, *Jaques le Févre d'Etaples, que Beze & d'autres nomment* Fabri, *tantôt par du Faur, comme* Vidus Faber Pibracius, *Gui du Faur de Pibrac, & tantot par Favre, comme* Antonius Faber, *le Préſident Antoine Favre, pere de Claude Favre de Vaugelas, dont le nom, dans l'Hiſtoire, & dans les listes de l'Académie Françoiſe, eſt mal écrit* Faure *par un U voyelle, ce qui donne lieu à une mauvaiſe prononciation. Auſſi Samuel Guichenon dans ſon Hiſtoire de Breſſe, parlant de la famille d'Antoine Favre, a-t-il toûjours écrit ce nom par un V conſone,* quoi

quoi que dans les mots dont la prononciation eſt généralement connuë, tels que recevoir, envoyer, ſavoir, divers &c. *il n'obſerve nullement la diſtinction des deux U, laquelle àlors, c'etoit en 1650. n'étoit pas établie parmi nous, comme elle l'a ete depuis. Il eſt encore bon d'obſerver que ce nom* Faber *retient ſa terminaiſon Latine, quand ce ſont des gens peu connus, ou dont on parle rarement, qui l'ont porté. Ainſi l'on dit Jean* Faber, *quand on cite un Juriſconſulte François à qui, parce qu'il aimoit à batir, an donna ce nom par ſobriquet, comme il nous l'apprend lui même dans ſon Commentaire ſur les Inſtituts au titre 1. du livre 2. §. 30. Il vivoit au quatorziéme ſiecle, du tems de Bartole.*

NICOLAUS FABRICIUS Valeſius ad qvem hoc Stephani Doleti Carmen inter edita ab eo Lugd. A. 1538. De Cucullatis:

Incurvicervicum cucullatorum habet
Grex id ſubinde in ore, ſe eſſe mortuum
Mundo: tamen edit eximie pecus, bibit
Non peſſime, ſtertit ſepultum crapula,
Operam Veneri dat, & voluptatum aſſecla
Eſt omnium. Idne eſt mortuum eſſe Mundo?
Aliter interpretare. Mortui ſunt hercule
Mundo cucullati, quod iners terræ ſunt onus,
Ad rem utiles nullam, niſi ad ſcelus & vitium.

FABRICIUS DE ODDIS Comes Peruſinus in patrio ſeminario Epiſcopali A. 1671. adoleſcens in freqventi auditorum

conſeſſu ad laudes D. Baſilii Magni congregato Gratiarum actorem omnium nomine brevi oratione peregit, qvam typis Epiſcopalibus evulgatam cum carmine elegiaco in ejusdem Baſilii Magni commendationem ſumma voluptate perlegiſſe ſe teſtatur Auguſtinus Oldoinus S. I. in Athenæo Auguſto ſcriptorum Peruſinorum pag. 99.

OTHONIS FABRICII von Salt-Uffeln Bericht von guten und böſen Engeln, in ſieben Fragen geſtellet und gegeben der Gemeine zu Schloß-Copenburg 1579. 8. und dediciret den Herrn von Sallern, Braunſchweigiſchen und Lüneburgiſchen Räthen. Johannes Schraderus Gœttingenſis, Epigrammate ad hunc Othonem:

Te quoque Fabrici laudandis gloria pennis
Ambiet, atque tui fama ſuperſtes erit.

FABRICIUS PADUANUS, ſive DE PADUANIS Forolivienſis ſcripſit *de ventis & terræ motu* tractatus II. editos Bononiæ 1601. fol. Ejusdem *de morbis in quibus præſentaneis uti convenit remediis* Lugd. B. 1662. 8. cum Brunonis Seidelii de morbis incurabilibus.

FABRICIUS PALLAVICINUS Genuenſis S. I. de qvo Centuria priore. Vide & Raphaëlem Sopranem de ſcriptoribus Liguribus p. 90. & Auguſtinum Oldoinum in Athenæo Liguſtico p. 174. Nathanaëlem Sot-

Sotwellum in Bibl. S. I. p. 200. Aubertum Miræum de ſcriptoribus ſæculi XVI. & XVII. p. 254. ſeq. & qvæ ſupra in FABRICIO JUSTINIANO.

FABRICIUS PAULINUS, cujus *prælectionem de Catena Aphoriſmorum Hippocratis primæ ſectionis*, Venetiis in 4. à Joanne de Medicis editam memorat Jo. Antonius van der Linden de ſcriptis Medicis, & ex eo Georgius Abraham Merklinus.

FABRICIUS PAULUCIUS, Vide infra PAULUTIUS.

PAULUS FABRICIUS, Laubenſis Medicus & Mathematicus inſignis A. 1589. ætatis 60. Viennæ Auſtriæ denatus, de qvo Elias Reuſnerus in Iſagoge hiſtorica p. 644. & Godfridus Hofmannus in vitis Paſtorum Laubenſium Germanice editis p. 135. & Fridericus Lucæ in Europæo Helicone p. 383. inprimis vero Chriſtophorus Manlius libro ſeptimo Luſatiæ, de viris ejus illuſtribus c. XXV. T. 2. ſcriptorum Luſaticorum viri celeberr. D. Chriſtiani Frid. Hofmanni pag. 451. ſeq. Vide ſis qvoqve delicias poëtarum Germanicorum T. 5. p. 188. 189. Dav. Chytræi Orationes p. 423. 425. Pauli Meliſſi reliqvias ſchediaſmatum poëticorum p. 181. & qvæ de hoc Paulo Centuria priore. Scriptis ejusdem ibi memoratis addes *Obſervationem de ſtella Anni* 1572. de qva Tycho Braheus, Hipparchus ſuæ ætatis T. 1. progymnaſmatum

tum p.528. ſq. & *Gratulationem ad Rudolphum II. Regem Rom.* de qva Chriſtophorus Arnoldus notis ad Valerii Catonis diras p. 120.

FABRICIUS PAULUTIUS Forolivienſis Epiſcopus de qvo Centuria priore. Ejus *Commentarius in Acta Apoſtolorum, Epiſtolas Apoſtolicas & Apocalypſin*, Rom. 1619. fol. In Pentateuchum, libros Hiſtoricos, & majores minoresqve Prophetas ac Maccabæos, ibid. 1625. fol.

2) FABRICIUS PAULUTIUS Cardinalis SS. Joannis & Pauli, Clementis XI. Pontificis Secretarius ſtatus, A. 1707. adhuc ſuperſtes cum Philippus Rondininus * ei dedicavit vetera monimenta de ſanctis Martyribus Joanne & Paulo eorumqve Baſilica in urbe Roma, atqve in laudem ejus plura congeſſit. Exſtat qvoqve icon ejus & vita in Hyacinthi Gimmæ elogiis Academicorum incurioſorum Ruſciani (degli Spenſierati di Roſſano) Tom. 2. p. 35. ſeq. Neapoli 1703. 4.

FABRICIUS PEIRESCIUS de qvo ſupra in NICOLAO. Fabricium DE PETRISCO vocat Caſaubonus ad Epiſtolam Gregorii Nyſſeni p. 67.

PETRUS FABRICIUS Polonus S. I. de qvo Centuria priore.

2) PETRUS FABRICIUs Roſtochienſis qvem in eadem priore Centuria dixi Sym-

* Acta Erud. A. 1709. p. 377.

Symbola Pythagorica edidiſſe, poſtea Rector Scholæ Catharinianæ apud Brunſvicenſes, vulgavit qvoqve Nomenclatorem Latino Germanicum, Brunswigæ 1622. 8. & Halæ Sax. 1622. 8.

3) PETRUS FABRICIUS, Senatus Toloſani Præſes, Vidi Fabricii, de qvo infra pater, die ſuo natali defunctus.

4) PETRUS FABRICIUS, Vidi frater, Epiſcopus Vavrienſis, de qvo Sammarthani T. 4. Galliæ Chriſtianæ.

5) PETRUS FABRICIUS qvi A 1570. fol. edidit Petri Royzii JCti Regis Poloniæ de rebus in ſacro Auditorio Lithuaniæ ex appellatione judicatis, ad Sigismundum Auguſtum Poloniæ Regem, qvæ prodierunt primum Cracoviæ 1563. 4. & deinde Francof. una cum deciſionibus Senatus Pedemontani & Parlamenti Pariſienſis, per *Petrum Fabricium*, A. 1570. fol.

6) M. PETRUS FABRICIUS Tunderenſis, Holſatus Paſtor Eccleſiæ initio Bulderupenſis in diœceſi opidi patrii, & deinde Warnicenſis in vicinia Apenradenſi, doctus & μαθηματικώτατος A. 1651. æt. 64. denatus cujus extant Calendaria in Annos plurimos Anno jam 1605. ab eo conſcribi ediqve cœpta, ut me monuit V. C. Johannes Mollerus, qvi ejus mentionem facit in Cimbria ſua litterata.

7) PE-

7) PETRUS FABRICIUS Paſtor Slesvicenſis per annos XXXIII. Michaëlitanus, cujus extat der Chriſten Wiſſen und Sehnen, oder Leich-Predigt über Joël Langellot, Med. D. und Fürſtl. Hollſteiniſchen Leib-Medicum, aus 2. Cor. V. 1. 2. 3. Slesvici A. 1681. 4.

PHILIPPUS FABRICIUS incertum an e domeſticis B. Lutheri noſtri, certe illi familiaris. Vide T.V. Opp. Altenburg. p. 615. & D. Georg. Henrici Gœzii diatribam de domeſticis Lutheri §. 5. p. 13. ſq. & qvæ ſuperiore Centuria notavi.

2) PHILIPPUS FABRICIUS, Slesvicenſis, Jacobi Paſtoris Hamb. de qvo ſupra, filius & Jacobi fratris Collega, Paſtor Eccleſiæ Lundenſis in Dithmarſia. Scripta ejus hæc in Clariſſimi Viri Joannis Molleri Cimbria literata memorantur, cujus judicio poëta non invenuſtus fuit hic Fabricius & ingenioſus, ſed in carminibus ſuis ἀρχαΐζων.

Carmen de excidio Hieroſolymitano. Witeb. 1612. 4.

Publicum ſinceri cultus teſtamen & amoris devotiſſimi monumen, ſacrum perenni memoriæ *Joannis Nannii* Dithmarſi JCti & Theologi eximii Hamb. 1617. 8. Continet qvatuor decadas elegiarum, Odarum & Epigrammatum ad fautores & amicos in obitum Nannii. Neqve alia ſunt Epigrammata XL. Draudio memorata. Troſt-

Troſt-Schrifft über Johann Nannen Tod, an deſſen Wittwe. A. 1617. 8.

Boni Principis Imperium & boni ſubditi obſequium. Predigt über Geneſ. XLI. 43. bey der Erbhuldigung Hertzogs Friedrichs zu Lunden in Ditmarſchen. 1616. 4.

3) PHILIPPUS FABRICIUS, Paſtor Eccleſiæ Gieskavienſis non procul Gedano, cujus fideli inſtitutione pridem uſus eſt B. Theodorus Wilhelmus à Jeruſalem, Superintendens Senior ac Scholarcha Osnabrugenſis, ſuperiore anno 1726. * beate defunctus.

4) PHILIPPUS FABRICIUS, Holſatus, cujus Philotheca MSta A. 1607. ſq. conſignata fuit in Bibliotheca Roſtgaardiana, in cujus catalogo p. 532. memoratur.

Omitto 5) PHILIPPUM FABRICUM qvi Regis Ferdinandi à Secretis. Pragæ in Comitiis A. 1618. $\frac{13}{23}$. Maji à Proceribus Bohemicis miſſus è feneſtra Arcis, & per qvadraginta cubitorum altitudinem præcipitatus una cum Præſide Cameræ ſive ærarii Wilhelmo Slavata & Bohemiæ Mareſchallo Jaroslao Borzita evaſit incolumis. Vide Nobiliſſimi Joh. Friderici Pfeffingeri memorabilia ſaeculi XVII. Germanice edita ad A. 1618. p. 663.

PHI-

* Fortgeſetzte Sammlung von Alten und Neuen Theologiſchen Sachen A. 1726. p. 515.

PHILIPPUS JACOBUS FABRICIUS & PHILIPPUS MARTINUS FABRICIUS de qvibus Centuria priore.

FABRICIUS PIGNATELLUS, Eqves Neapolitanus, qvi Societati JEſu nomen dedit, Lector Philoſophiae ac poſtea provinciae Neapolitanae praepoſitus Provincialis, diſſertationem *de Apoſtolatu B. Nathanaëlis* qvem cum S. Bartholomaeo eundem eſſe non dubitat, edidit ad calcem *librorum quinque de monte propitiatorio pro peccatis*, ſive de Eccleſiae ſacrificio & Miſſa, Pariſ. 1660. 4. Illam de Nathanaële Apoſtolo ſententiam licet rejiciunt Baronius ad A. C. 31. n. 28. Tillemontius T. 1. memor. Eccleſ. p. 17. & 648. aliiqve, tamen haud improbabilis videtur ex eo, qvod diſcipulis qvibus conſpiciendum ſe CHriſtus praebuit poſt reſurrectionem, Nathanaël diſerte annumeratur Johann. XXI. 2. itaqve & aſſentiuntur ſententiae illi B. D. Dannhauerus noſter in hagiologio feſtivali p. 1154. Bartholomaeus Gavantus & Joannes Roberti ſingularibus diatribis de hac argumento, Petrus Poſſinus in ſpicilegio ad N. T. Rich. Montacutius T. 1. Origg. Eccleſ. p. 347. Gvil. Caveus in vita Bartholomaei, Samuel Baſnagius in Annalibus ad A. C. 30. n. 36. & noviſſime ad Joh. I, 46. vir eruditiſſimus Frid. Adolphus Lampe. De Fabricio Pignatello praeter

Sot-

Sotwelli Bibl. Jeſuiticam memorat Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana.

FABRICIUS PINTUS, Nobilis & Doctor Salernitanus à qvo deſcripta exſtat obſidio Salerni facta à Gallis, *Salerno aſſediato da Franceſi.* Neapoli 1653. 4. Mentionem hujus D. Fabricii Pinti reperi in Actis ſanctorum T. 6. Maji p. 206.

FABRICIO PODOVANI, *ſopra gl'anni climacterici*: in Bologna 1682. 4.

D. FABRICIUS PONS DE CASTELVI, Catalanus, Ludovici Pontis de Icart, qvi Tarraconenſes Antiqvitates in Commentarium redegit, nepos, eqves D. Jacobi, toparcha in Maſricart, Legumqve ipſe creatus Doctor dum pro fide Regi debita, ne perduellibus conſentiret, extra patriam peregrinatur, edidit ſermone Caſtellano: *Guſtavo Adolfo Rey de Suecia, vencedor y vencido en Alemania.* Matriti 1648. 4. *Vida y hechos de Nueva-villa Sennor de Villeroy.* Hæc Nic. Antonius in Bibl. nova Hiſpana p. 277.

PRINCIPIUS FABRICIUS Romæ A. 1588. 4. Italico idiomate ſex libris vulgavit apparatum ſymbolorum in gentilitia inſignia Papæ Gregorii XIII. *Delle alluſioni*, *impreſe e emblemi* del Signor Principio Fabrici da Teramo ne' Precutini, Prete ſecolare, ſopra *la vita, opere & attioni di Gregorio XIII. Pontefice Maſſimo*, *libri ſei*, ne i qvali ſotto l'allegoria del Drago, arme del detto Pontefice,

ſi deſcribe anco la vera forma d'un Principe Chriſtiano. Confuſam ineptarum figurarum colluviem propinat lectori judice Menetrierio. Inter Neapolitanos ſcriptores memoratur à Nicolao Toppi p. 256. Bibl. Neapolitanæ.

FABRICIUS PURUS, Romanus, J.U.D. & in Urbis Gymnaſio Juris Civilis Profeſſor, cujus Oratio de Laudibus Legum habita in illo Gymnaſio prodiit Romæ 1598. 4. Vide Joannis Cinelli Bibl. volantem armario III. p. 3. & VIII. p. 36.

FABRICIUS RASPANUS Medicus ac Chirurgus tabulas Iſagogicas Fabii Paulini Utinenſis, Doctoris ſui, in univerſam Medicinam ex Arte *Humain* ſive Joannitii Arabis ab Avicenna laudati collegit & edidit Venet. apud Juntas 1608. fol. una cum Avicennæ Canone Medicinæ.

REINERI FABRICII poëmatum faſciculus progymnaſmaticus publici juris factus eſt Magdeburgi 1597. 8.

RENATUS FABRICIUS ſive *le Febure*, Juliodunenſis, Gvilelmi Fabricii, Canonici Pictavienſis, de qvo ſupra, frater, poſt Æmarum Ranconetum præſes Senatus Pariſ. ab A. 1559. ad 1569. 20. Mart. Vide Sammarthanorum Galliam Chriſtianam in Decanis Pictavienſibus T. 2. p. 306. ſq.

FABRICIUS RICCUS, nobilis Savonenſis, qvi præmiſſa Epiſtola librum Federici Fe-

Federici, Senatoris Genuenſis dedicavit Cornelio Spinolæ. Vide Auguſtini Oldoini Athenæum Liguſticum p. 174.

ROBERTI FABRICII Römiſcher Tempel-Marckt. Neuſtadt 1606. 8.

RUDOLPHUM ANTONIUM FABRICIUM poſt multas demum annorum decurias Fabriciis qvi diem ſuum obierunt annumerandum voveo. Nolui autem ejus h. l. omittere mentionem, qvi parentem ejus Venerandum Theologum Helmſt. emeritum & ipſum viventem adhuc D. Joannem Fabricium & majores ejus celeberrimos in qvorum laudem & gloriam avitam feliciter ſuccreſcit, ſupra memoravi. Hic anteqvam adornaret iter, potiores Europæ regiones luſtraturus, edidit Helmſtadii A. 1724. diſſertationem de transpoſitione Bibliothecarum memorabili, cujus ſumma capita in Annalibus Academiæ Juliæ, ſemeſtri VIII. p. 196. referuntur. Ediderat & A. 1723. Exercitationem de argumento ab amore ducto ſive præjudicio amoris, qvam præſide celeberrimo viro Gottlieb Samuele Treuero defenſitavit. Longe plura autem & majora Resp. litteraria ab ejus ingenio & induſtria ſuo jure ſibi pollicetur.

FABRICIUS Cardinalis SABELLUS, Archiepiſcopus Salernitanus qvi A. 1653. Synodum Salernitanam celebravit, editam Neapoli in 4. Idem laudatur in Actis Sanctorum T. 6. Maji p. 206. G 2 FA-

FABRICIUS SALEMINUS, qvi deſcripſit Convivium in Coronatione Gregorii XIV. Pontificiis: *Il Convitto fatto di Gregorio XIV. nella ſua Coronatione.* Venet. 1590.

SAMUEL FABRICIUS (non Helvetius ſed) Islebienſis, Paſtor Eccleſiæ Serveſtinæ in Ducatu Anhaltino edidit Coſmotheoriam ſacram, heilige Welt-Betrachtung aus dem CIV. Pſalm, Francof. 1625. * 8. Vom Jüngſten Gericht und Ewigen Leben. Ibid. Betrachtung der Wolthaten GOttes. Vide Jo. Chriſtophori Becmanni hiſtoriam Anhaltinam III. p. 218. VII. p. 336.

2) SAMUEL FABRICIUS cui commercium litterarium interceſſit cum Petro Victorio A. 1566. Vide Victorii Epiſtolas ad Germanos p. 46.

3) SAMUEL FABRICIUS Paſtor Micro Bernoas, ad qvem Chriſtianus Colliardus ſcripſit elegias Decad IV. 1. & 9. X. 7. & de Paſtore Schœnfeldenſis Eccleſiæ Michaële Kirchnero, qvi centeſimum octavum ætatis annum cum attigiſſet obiit A. 1712., Epiſtolarum familiarium Decad. IX. elegiam 6. p. 109. ſeq. Berolin. 1719. 8. De Kirchnero illo iterum VIII. 3. p. 95.

SAMUEL LAURENTIUS FABRICIUS, Sudermannus, cujus diſſertationem vidi de ingreſſu ſumni Sacerdotis Hebræorum in adytum intimum, præſide V. C. Daniele Lundio defenſitatam Upſalis 1704. 8. SE-

* Unſchuldige Nachrichten A. 1718. p. 998.

SEBASTIANUS FABRICIUS, Mathematicus, de qvo Centuria priore.

2) SEBASTIANUS FABRICIUS, cujus *Spinam pungentem* allegat Abraham Frencelius in Originibus Sorabicis p. 235. & 192. ubi exulem Hungaricum appellat. Fuit autem Kuttenbergenſis Bohemus, ubi primum in patria ſua Paſtor per annos qvinqve, deinde in Hungaria per annos qvinqve & viginti fuit: hinc ejectus A. 1672. in exilio obiit A. 1680. 10. Maji. *Spina pungens* eſt vitæ ipſius & calamitatum deſcriptio Germanice compoſita, qvam poſt ipſius obitum uxor ejus vulgavit Dresdæ 1683. 8. ut ſupra in Dorothea Fabricia dicere me memini.

SEOBALBUS FABRICIUS, Vide ſupra in *JOANNE SEOBALDO FABRICIO.*

SEPTIMIUS ANDREAS FABRICIUS, Medici Norimbergenſis filius & Medicus ipſe Norimbergenſis, de qvo priore Centuria, laudatur in Actis Naturæ Curioſorum Decade II. anno 6. p. 549. Ejus meletema *de medicina univerſali*, qvam dari negat, prodiit Venetiis 1666. 4. compoſitum ab eo in itinere Neapolitano.

SIMON FABRICIUS, de qvo Centuria priore, amicus Hieronymi Wolfii & Pauli Meliſſi, cujus vide ſis Carmina p. 139. Edidit *Taciti Germanicam* cum commentariis Andreæ Althameri, Philippi Melanchthonis,

Caſp. Peuceri, Henrici Glareani, Philiberti Pirkheimeri, & etymologiis Cimbricis ac Germanicis, Auguſtæ Vindelicor. 1579. 8.

FABRICIUS SPADA, Romanus, natus ex gente nobiliſſima A. 1644. 18. Mart. & Cardinalis R. E. creatus à Clemente X. Pontifice A. 1675., defunctus A. 1717. 15. Junii ætatis 74.

FABRICIUS SPINOLA, Genuenſis, celebratus in Joannis Ferri theatro ſymbolorum atqve emblematum (Teatro d'impreſe, Venet. 1623. fol.) in qvo etiam laudatur *Fabricius Canoſſi*, *Fabricius Carretto*, *Fabricius Cavaggi*, *Fabricius Colonna*, *Fabricius de gli Oddi*, *Fabricius Geſualdo*, *Fabricius Lucidus*, *Fabricius Marramaldo*, *Fabricius Maſſimi*, & *Fabricius Pignatellus*.

FABRICIUS SPUCCES Panormitanus S. I. Joſephi Spucces, ejusdem ſocietatis, frater natu major, eloqventiæ laude clarus qvem in præcipuis Siciliæ urbibus ſacros ſermones ad populum habentem multi libenter audiverunt. Deceſſit qvinqvagenarius Neapoli A. 1639. 9. Dec. Ipſum laudat Joſephus Galeanus in Carminibus Lyricis p. 72. Edidit Italice Orationem funebrem, *Oratione funerale* nell' eſſeqvie dell' illuſtriſſima Signora D. Giovanna d'Aragona e Ventimiglia, Marcheſa di Giarontana, celebrate nella caſa profeſſa della Compagnia di Gieſu di Palermo. Catanæ, typis Jo. Roſſi, 1639. 4.

Ejus

Ejus *Quareſimale* ſive ſermones in Quadrageſimam ſervabantur apud Joſephum Reqveſens Panormitanum S.I. qvi Romæ typis tradere meditabatur: ſed poſt ejus mortem forſan MS. ſervatur in Bibl. Collegii Romani. Hæc Antonius Mongitor T. 1. Bibl. Siculæ p. 193.

STATIUS FABRICIUS ex Theologo Helmſtadienſi Superintendens Generalis Halberſtadienſis, & Abbas cœnobii Amelunbornenſis diem obiit A. 1651. * 27. Maji, ætat. 60. De illo dictum centuria priore. Ejus Vindicatio problematicæ qvæſtionis de vocatione Miniſtrorum Eccleſiæ contra Bellarminum & novatorem qvendam politicum prodiit Rinthelii 1630. 8.

STEPHANUS FABRICIUS, paſtor Bernenſis Eccleſiæ de qvo centuria priore. Ejus conciones DCCCC LXXXVII. in Pſalmos. Genev. 1622. Bernæ 1663. fol. In prophetas minores cum appendice XXVI. concionum cauſas præcipuas qvibus Reſp. conſervantur vel evertuntur explicantes. Bernæ 1641. fol.

2) STEPHANUS FABRICIUS paſtor Gardingenſis in Holſatia Eccleſiæ meritiſſimus, patruus meus, placide in Servatore ſuo defunctus A. 1720. 28. Jan. ætat. 72. Miniſterii ſacri 45. Hic ſub B. D. Chriſtiano Kortholto Kil. 1671. habuit diſſ. ter- tiam

* Unſchuldige Nachrichten A. 1718. p. 910.

tiam de origine & natura Chriſtianiſmi ex impia cavillantium Ethnicorum ſententia.

SVENO TROTTONIS FABRICIUS, Smolandus, edidit Orationem de fugienda ſuperbia, Aboæ 1646. 4.

THEODORICUS FABRICIUS Doctor Theologus & Superintendens Servestanus in ducatu Anhaltino, antea Eccleſiaſtes Monaſterienſis, qvi Thomæ Munzeri, & Rotmanni, Knippendollingiqve & aliorum Anabaptiſtarum furoribus qvoad potuit conſtanter reſtitit, diemqve obiit ſupremum A. 1570. 15. Sept. ætatis 71. De hoc videndus Jo. Chriſtoph. Becmannus in Hiſt. Anhaltina III. p. 218. VII. p. 336. Abraham Bzovius ad A. 1534. n. 58. Herm. Hamelmannus in Operibus Genealogico Hiſtoricis p. 1206. ſeq. 1218. & Anonymus in Hiſtoria Fanaticorum Germanice edita in fol. p. 8. Ipſe vitam ſuam ſcripſit ad filios ſuos, editam T. 4. Bibliothecæ Hiſtoriæ Theologicæ Bremenſis p. 65. ſqq. Vulgavit Inſtitutiones Grammaticas in linguam ſanctam, Coloniae excuſas, ut alia inedita omittam. Teſtimonium ei datum à D. Luthero A. 1544 exhibetur ibidem p. 106. Idem hic eſt THEODORUS FABRICIUS de qvo centuria priore.

THEODOSIUS FABRICIUS, de qvo itidem & patre ejus Andrea Fabricio priore centuria dixi, natus Nordhuſae A. 1560. & Goet-

Goettingae defunctus A. 1597. Plura qvaerenti dabit Rev. Philippus Julius Rehtmeyer in parte qvarta Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Brunſvicenſis cap. 1. p. 48. ſeq. ubi inter alia refert eum A. 1589. vocandum Brunſwigam ad paſtoratum S. Martini, niſi per cryptocalvinianos intercepta ejus vocatio fuiſſet. Ejus *Metaphraſin Hebraicam Pſalmi CXXVII.* vidi editam Witeberg. 1580. cum aliorum Epithalamiis in Tobiam Matthæum. *Harmoniam hiſtoriæ paſſionis & reſurrectionis JEſu CHriſti* Servatoris noſtri vulgavit Germanice, Latine, Graece & Hebraice cum praefatione D. Ægidii Hunnii, Witeb. 1695. 8. *Loci Communes* aus den Deutſchen geiſtreichen Schrifften D. Lutheri, Magdeb. 1597. 4. 2. Theile. Loci Communes ex ſcriptis D. Lutheri Latinis, in qvinqve claſſes digeſti ibid. 1594. 4. & Londini 1651. 4. In ejus libellum Catecheticum * haec Georgius Andreas Fabricius filius IV. 19. hor. ſubceſiv. p. 187.

Sancte libelle pii genitoris poſtume noſtri
I pete Gottingæ civica tecta tuæ.
Dico tuae *recte, quia te quæ plurima ſunt hic,*
Pectora non dubium eſt perdocuiſſe fidem.

Idem praefat. ad theſaurum philoſophicum memorat librum parentis ſui MScum *de recte formandis litterarum ſtudiis & exercitiis virtutum privatis.*

THO-

* Legi etiam eum vertiſſe Corpuſculum doctrinæ Matthæi Judicis, ſed in illud necdum incidi.

THOMAS FABRICIUS Syndicus Francofurti ad Viadrum A. 1594. 24. April. defunctus, de qvo Jo. Chriſtophorus Becmannus in Hiſt. Anhaltina, & qvæ notavi centuria priore.

2) THOMAS FABRICIUS Eccleſiaſtes Dantiſcanus, de qvo itidem dixi priore centuria, atqve Ephraim Praetorius in Athenis Gedanenſibus p. 186. qvi teſtatur diem obiiſſe A. 1627. aetatis 74.

3) THOMAS FABRICIUS cujus libri IX. ſcholae poëticae puerilis ex poëtis novis (Thoma Fabro, Sannazario, Sibero, Antonio Flaminio, Aonio Paleario, Eobano Heſſo, Georgio Æmilio, Buchanano, Georgio Fabricio, Sabino, Hieron. Fracaſtorio, Jacobo Micyllo, Joachimo Camerario, Joanne Gigante, Stigelio, Hieron. Vida, Petro Lotichio Secundo, Petro Roſeto, Philippo Melanchthone, Scipione Capytio & Strozziis,) prodierunt Baſileae apud Oporin. 1565. cum antiqva ſchola Chriſtiana Georgii Fabricii, qvo Praeceptore Thomas fuit uſus, & cujus exemplo atqve hortatu laborem hunc ſuſcepit. Vide Jo. Davidem Schreberum in vita Georgii Fabricii p. 180. ſeq.

TOBIAS FABRICIUS, de qvo Centuria priore, edidit etiam libellum cui titulus Römiſches Rauch-Faß von Anruffung der Heiligen. Neuſtadt, 8. Idem auctor libri qvem ſub

ſub Thomæ alii, alii ſub Roberti Fabricii ferunt nomine, der Römiſchen Grempel-Marckt aller fürnehmſten Menſchlichen Aufſätze der Römiſchen Kirchen. Neuſtadt 1606. 8.

2) TOBIAS FABRICIUS zu Schadenwalde in Marienb. groſſen Werder, Predigt als Feuer vom Himmel gefallen, und einen groſſen Brand verurſachet hatte. Elbing 1652. 4.

3) TOBIAS FABRICIUS Parochiae ruralis Neuenſtaetenſis in Concitatu Pinnebergico Urbi Hamburgenſi vicino paſtor, die X. Auguſti A. 1696. defunctus, & à Georgio Richardo praepoſito laudatus ſermone funebri qvi Anno eodem Altonae prodiit. Exſtat ejus trophaeum Chriſtianorum ſive Leichen-Abdanckung bey Begräbniß Frau Magdalenæ Krögerin. Altonae 1676. 4.

FABRICIUS decimus qvintus TREVIRENSIUM Archiepiſcopus, memoratus in Sammarthanorum Gallia Chriſtiana T. 1. p. 715.

FABRICII TUSCI duo, de qvibus Centuria priore.

VALENTINI FABRICII Chronica von Erdbeben. Erfurt 1592. 4.

VALENTINUS FABRICIUS Polonus, S.I. defunctus Varſaviae A. 1626. 22. Febr. De hoc Centuria priore.

D. FABRIZIO VALGVARNERA, Barone del Guderano. Orationem in ejus funere A. 1593. dictam à Bartholomaeo Siril-

Sirillo, Panormitano, memorat Antonius Mongitor T. 1. Bibliothecae Siculae p. 98.

FABRICIUS VARRANUS, Epiſco-Camerinus, de qvo Centuria priore. Hujus labores cum Mariangelus Accurſius compilaſſe argueretur, is concepto jurejurando ſe ab impacto crimine purgavit, ut dixi in Bibliotheca Latina lib. III. c. 10. §. 3. ubi formulam illius juris jurandi retuli.

FABRICIUS VEIENTO. Ex loco Taciti qvem de hoc Vejentone retuli priore Centuria, ſcriptor recens qui ſub Petronii nomine fragmenta Albæ Græcæ reperta jactavit, anſam ſumſit hæc ſcribendi: *Fabricius Vejento de religionis erroribus jam nunc ingenioſe locutus eſt, & detexit qvo doloſo vaticinandi furore ſacerdotes myſteria illis ſæpe ignota audacter publicant.* Meminit hujus Vejentonis Plinius IV. 22. IX. 13. Epiſt.

FABRICIUS VEZALUS cujus *Conſilium de expuitione cruenta cum febri hectica exſtat in* Conſiliis Medicinalibus à Joſepho Lauterbachio editis Francof. 1605. 4. p. 159.

Vidus FABRICIUS PIBRACIUS de qvo Centuria priore, licet alii *Fabrum* appellant, Gallice (ut Crucimanius in Bibl. Gallica p. 132.) *Gui du Faur, Seigneur de Pibrac*, ipſe tamen Paſchalio teſte *Fabricium* ſe ſcripſit ſcribique voluit. Vitam ejus compoſitam à Carolo Paſchalio editamque Pariſiis 1584. 12. recudi fecerunt viri docti Uratislavienſes

ſes inter ſelectas Virorum illuſtrium vitas è Bibliotheca ChriſtianiGryphii τȣ̃ μακαρίτȣ, p. 19. Uratislaviæ 1711. 8. *Tetraſticha moralia* Gallica præter Q. Septimium Florentem Chriſtianum aliosque Latina metaphraſi etiam donavit Andreas Dinnerus. Ejusdem Pibracii, *recueil dex points principaeux de la remonſtrance faicte en la Cour de Parlement à Paris.* Lugd. 1598. 12.

FABRICIUS VILLANUS, Doctor Neapolitanus, qvem laudat Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana p. 80.

VINCENTIUS FABRICIUS Hamburgenſis, Celſiſſimi Principis Holſatiæ Epiſcopi Lubecenſis à Conſiliis, inde Syndicus ac demum Conſul Gedanenſis A. 1667. ætatis 54. die 3. April. Warſaviæ in Comitiis feriis Paſchalibus febri ardente extinctus. Iconem ejus ære deſcriptam hoc hexaſticho decoravit Jo. Petrus Titius:

Cui vultum Charites, Muſa fibrasque manusque
Et Sophie pectus finxerat atque Themis,
Cui lingvam, eloquio Reges qvas mulceat ipſos,
Formarat digitis aurea ſvada ſuos;
Urbis amor, doctique decus VINCENTIUS Orbis,
Fabricius, Patriæ gloria, talis erat.

Danelis Georgii Morhofii manes Fabriciani, epicedia in hunc Fabricium continent, ſeperatim edita in fol. Poëta fuit Grotii, Heinſiorum, Voſſii, Hugenii, Barlæi, Buchneri, Borrichii & aliorum magna me-

meritus elogia, qvæ in carminum adoptivorum appendice partim exſtant, partim in Clariſſ. Molleri Cimbria litterata legi collecta poterunt, ubi opus illud luci, qvod optamus ab heredibus dabitur. *Poëmatum juvenilium libri III.* prodierant Lugd. Bat. 1633. 12. Satira proſaria *pranſus paratus*, Amſt. 1638. 12. *Oratio de obſidione & liberatione Civitatis Leiaenſis*, Lugd. Bat. 1632. 4. *Poſitiones Medicæ miſcellaneæ de plerisque ac præcipuis cerebri affectibus*, præſide D. Adolpho Vorſtio, Lugd. Bat. 1634. 4. Nicolai Heinſii ad hunc Fabricium & *Fabricii ad Heinſium Epiſtolæ* editæ nuper à celeberrtno Viro Petro Burmanno, ſylloges ſuæ divitis Volumine tertio, Lugd. Bat. 1725. 4. Plura, vide Centuria priore.

2) VINCENTUS FABRICIUS de qvo hæc Nic. Clenardus lib. 2. Epiſt. p. 299. *Conimbricæ Vincentius Fabricius enarrabat Homerum, non ut Græca verteret Latine, ſed qvaſi ageret in ipſis Athenis, id qvod nunquam hactenus videram: & nihilo ſegnius diſcipuli præceptorem imitabantur, ferme in totum uſi & ipſi ſermone Græcanico.*

VIPERTI LUDOVICI FABRICII, JCti annotationes ad Joach. Mynſingeri à Frundeck obſervationes Camerales prodierunt poſt editionem Darmſtad. 1669. 4. etiam Francof. ad Viadrum 1690. 4. Mynſigeri obſervationis ex Arnoldi de Reyger recognatione viderant lucem Helmſtadii 1594. 4.

UL-

ULRICUS FABRICIUS de qvo Centuria priore. Hic eſt qvem ſummum olim JCtum & Trevirenſis Epiſcopi Conſiliarium atque in Hiſpaniam legatum laudat Codicem ejus MStum memorans Caſpar Barthius ad Statii lib. IX. Thebaidos 169.

WERNERUS SCHMID ſive FABRICIUS, proavus mêns, Neomonaſterienſis patria Holſatus, Paſtor Suderavienſis, edidit ſermone Germanico homilias tres in Pſalmum CXXI. Hamburg. 1626. 8. Titulus libri eſt: *Levavi oculos Davidicum.* Hujus nomen tanqvam Reſpondentis reperi in thematibus de Philoſophia practica libro 1. de virtute morali, diſſ. *de memoria & reminiſcentia*, Præſide M. Henningo Zabelio, Roſtoch. 1601. 4.

2) WERNERUS FABRICIUS pater meus deſideratiſſimus, natus Itzehoae Holſatiae opido 10. April. A. 1633. & defunctus Lipſiae die *Beati*, 9. Januar. A. 1679. aetatis 46. Praeter ea qvae priore Centuria memoravi, exſtant ab eo in lucem data: Geiſtliche Arien, Dialogen und Concerten zur Heiligung hoher Feſt-Tage. Lipſiae 1662. 4. Erneſti Chriſtoph. Homburgs Geiſtliche Lieder, zwey Theile mit Werneri Fabricii und Paul Beckers melodeyen. Jen. 1659. 8. Pater ipſi fuit Albertus Fabricius, Organœdus Flensburgenſis, cujus ego nomine & avi materni B. Joannis Corthumii, Paſtoris Eccleſiae Hamburgo vicinae Bergedorfenſis, Johannes Albertus vocor.

vocor. Concionem in funere Parentis mei habitam typisqve exſcriptam ad locum Pſalmi LXXI. 19. 24. addes B. L. Johannis Thilonis ſcriptis qvae recenſet Venerandus D. Gœzius in elogiis ſecundis Theologorum qvorundam Germanorum p. 585. Lubec. 1709. 8.

WOLFGANGUS AMBROSIUS FABRICIUS, & WOLFGANGUS FABRICIUS CAPITO, de qvibus Centuria priore. Extinctus eſt lue peſtilentiali CAPITO A. 1541. cum interfuiſſet colloqvio Wormatienſi A. 1540. 28. Octobr. Obitum ejus luget Melanchthon T. 4. Opp. Theol. p. 640. 641. 641. Epiſtolae ejus qvaedam *ad D. Lutherum* noſtrum & Lutheri ad Fabricium editæ ſunt nuper in Bibliotheca Theologio Hiſtorica Bremenſi T. IV. p. 911. 920. ſeq. *Inſtitutionum Hebraicarum* editio prima Baſileenſis A. 1518. in 4. lucem vidit. De illo Sebaſtianus Munſterus dedicatione Operis Grammatici: *Circa annum CHriſti 1513. Wolgangus Capito, natus in opido Bruchſellenſi, verbi DEI præco, nactus copiam cujusdam Judæi baptizati, Matthæi ſcilicet Hadriani, cœpit & ipſe ſub difficili tamen præceptore feliciter hebraicari.* Plura de illo præter laudatos à me alibi, Beza in iconibus, & Thomas Fullerus in Abele redivivo, ſive vitis recentium Theologorum Anglice editis Lond. 1651. 4. p. 135. ſeq.

FINIS.

2234899 A

99 96459